INSCRIPTIONES

GRAECAE METRICAE

EX SCRIPTORIBUS PRAETER ANTHOLOGIAM

COLLECTAE

EDIDIT

THEODORUS PREGER



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCXCI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

RUDOLPHO SCHOELL

S.

Argumenti tabula.

§ 1. Cum inscriptiones graecae metricae quae in lapidibus exstant Kaibelii opera egregie congestae atque dispositae sint[1], earum quarum memoriam codicibus debemus magna quidem pars in Anthologiis Palatina et Planudea collecta est, ut hae licet mixtae cum falsis et demonstrativi generis epigrammatis tamen uno volumine duobusve comprehendantur, reliquarum autem quae dispersae occurrunt in veterum scriptorum libris nulla adhuc plena et integra praesto est collectio.

Qui ante me inscr. gr. metr. ex scriptoribus collegerint

Atque Morhofium habuisse quondam in animo non solum quae versibus inclusae essent inscriptiones, sed etiam pedestri sermone scriptas omnibus ex auctoribus conquirere et idem mente agitasse Reinesium narrat Maffeius in Arte critica lapidaria p. 11, sed utrumque nescio qua re impeditum nihil publici iuris fecisse. Neque melius ipsi Scipioni Maffeio Veronensi cessit qui septuaginta scriptoribus hunc ad finem perlectis morte occupatus est, nihil ut ederetur nisi fragmentum dissertationis quam composuerat „de inscriptionibus quae in Graecorum libris feruntur" insertum eius de Arte critica lapidaria libello p. 11—33. Quo in fragmento quod parum viris doctis innotuisse videtur apparet admirabile viri acumen: primus enim non pauca epigrammata quae etiam multis annis post atque adeo nostra aetate priscae et genuinae existimantur inscriptiones iure obelo notavit: cf. n. 190, 280. Iam ante postumum hoc Maffei opusculum Bonadae anthologia in lucem prodierat[2]), in qua centum fere epigrammata ex Herodoto Diodoro Pausania Plutarcho Laertio petita mixta leguntur cum metricis lapidum titulis et graecis et latinis. Sed cum professor ille eloquentiae Romanus pessimis scripto-

1) Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta ed. Kaibel, Berol. 1878; accedit supplementum in Mus. Rhen. 34 p. 181—213. Epigrammatum post Kaibelii syllogen erutorum ea quae vetustioribus temporibus usque ad medium alterum a. Chr. saeculum adscribuntur, collegit Allen in „Greek versification of inscriptions" (Papers of the American school of Athen IV 1888 p. 174—204).

2) Carmina ex antiquis lapidibus dissertationibus ac notis illustrata a Fr. M. Bonada eloquentiae professore, 2 voll. Rom. 1751 sq. Simile opus parasse Dorvillium tradit Welcker in praefatione Syllogae p. IX.

rum editionibus usus esse videatur et tam expers fuerit artis criticae, ut quae exhibet verba saepe metro includi recusent, nihil omnino ex eius libro lucrari possumus.

Aliud consilium atque hi viri studiosi artis epigraphices persecutus est Brunck qui Stephano praeeunte magnam partem poeticarum quae in libris et in saxis occurrunt inscriptionum in Analecta sua veterum poetarum recepit: neque enim Corpus inscriptionum supplere, sed lusus poetarum colligere in animo habuit. Neque Iacobs, vir de Anthologia et de universis litteris graecis immortaliter meritus, epigrammata quae saxis insculpta esse compertum habemus, a demonstrativis seiunxit, sed Analectorum carmina sat multis a Brunckio praetermissis auxit et quotquot desunt in codice Palatino et in libris Planudeae in appendicem quam in calce editionis suae adiecit congessit. Cuius appendicis quasi supplementa Welcker nova epigrammata et ex saxis et ex libris collecta edidit in Sylloge epigrammatum (iterum ed. Bonn. 1828) et in spicilegiis museo Rhenano (nov. ser. 1, 3, 6, 7) insertis. Nuper denique Cougny quidam exstitit qui Anthologiae Palatinae editioni Parisinae quam Duebner instituerat tertium volumen adiecit et loco Iacobsianae et Welckerianae appendicum novam confudit permultis epigrammatis et ex libris et ex saxis auctam. Sed cum eius opus summa neglegentia sit factum, nullum paene ut fructum inde capere liceat philologis[1]), non superfluum esse mihi visum est Scipionis Maffei consilium denuo suscipere.

Quae epigrammata in syllogen receperim, quae seclu-serim.

§ 2. Erat igitur propositum ex omnibus veteribus scriptoribus praeter Anthologiam Palatinam et Planudeam epigrammata graeca, quae vel sepulcris vel donariis vel aliis monumentis dicuntur inscripta esse, colligere et secundum genera et terrarum ordinem[2]) disponere, disposita adnotatione critica et exegetica instruere, denique falsa a genuinis discernere.

Atque primum quidem in meam syllogen recepi et quae epi-

1) Ne forte me temere iudicare putes, pauca errorum exempla afferam: I 14 editur distichum ut integrum epigramma quod exstat in ipsa Anth. Pal. VI 49 v. 3 sq. Deinde epigramma Messanae inventum (Kaibel 643) habet Cougny duobus locis, et II 26 ex Iacobsio petitum (*Σύζυγος ἦν κτλ.*) et idem melius lectum II 556 ex CIG III 5626 (*Κύζικος ἦν κτλ.*). Idemque cadit in ep. I 75 quod paulo immutatum iterum occurrit II 39. Accedit quod recentiorum emendationes et curae paene prorsus neglectae sunt. [Cf. Herwerden, Studia critica in epigr. graeca, Leiden 1891, praef. p. 4 sq. et not.].

2) A Peloponneso orsus primo loco Graeciae continentis, deinde insularum epigrammata posui, his subiunxi ea quae Asiae et Africae monumentis inscripta erant, postremum autem locum assignavi Siciliae et Italiae titulis.

grammata a veteribus suo iure inscriptiones esse dicuntur et quae, etsi inscripta esse non additur, attamen meo iudicio titulis inserenda sunt; deinde ea congessi quae perperam a graecis scriptoribus pro inscriptionibus veneunt, quae quidem in alteram partem reieci. Eas vero inscriptiones metricas quae aut in solis Anthologiis sive Cephalae sive Planudis exstant aut ex his desumptae apud infimae aetatis scriptores velut Suidam leguntur, tum si quae Byzantinae inprimis aetatis seorsum in medii aevi codicibus occurrunt, denique oracula, quae ut pleraque inscripta erant in saxo vel in aere, ita generis plane diversi sunt — haec omnia in syllogen non esse recipienda putavi. Neque hoc, opinor, vitio dabitur quod pepli Aristotelii epigrammata ab altera parte seclusi quorum alia leguntur in scriptis Diodori Eustathii Tzetzae, maior pars seorsum traditur in codice Florentino. Quae aut omnia recipi oportebat aut nullum; atque cum collecta exstent et apud Bergkium (PL. II^4) et in fragmentorum Aristotelis editionibus, nemo in hac collectione desiderabit.[1])

§ 3. Sed restant non pauca apud scriptores carmina, quae inscripta fuisse etsi veteres non tradunt, tamen temere meo quidem iudicio coniecerunt nostrae aetatis homines. Quae cum frustra et in priore et in posteriore huius syllogae parte quaesiveris, quo iure ea secluserim hic paucis exponam.

De demonstrativis epigrammatis titulorum instar factis.

Atque hoc bene tenendum est non omne epigramma quod inscriptionis speciem prae se fert etiam monumento alicui fuisse inscriptum. Etenim iam Simonidem scimus in nonnullis demonstrativis epigrammatis ludendi vel irridendi causa inscriptionum formam affectasse. Unde increbuit hoc carminum quasi novum genus et inprimis in honore fuit apud aetatis Alexandrinae poetas, quoniam hoc modo vel hominum mores vel statuarum habitus clarius et festivius illustrare licebat. Atque tam bene saepe genuinos titulos imitati sunt poetae ut multi doctique homines deciperentur, nonnunquam ne possit quidem discerni, utrum verum an fictum sit *ἐπίγραμμα* (cf. n. 43, 44, 48—50, 113, 114, 196).

Sed aequo saepius Alphonsus Hecker mihi falli videtur, qui in Commentatione critica de Anthologia Graeca (Lugd. Bat. 1852) sibi proposuit, ut eam pro dimidiata parte esse Corpus inscriptionum demonstraret. Quod probare studet exemplis ex Cephala aliisque scriptoribus appositis et illustratis. Et quamquam ipse concedit (p. 5) poetas interdum etiam epigrammata demonstrativa quibus sive viro-

---

1) Quae censeam de peplo Aristotelio, exposui in Commentationibus Guilelmo de Christ oblatis p. 53—62.

rum nobilium famam celebrarent sive homines cavillatione insectarentur titulorum specie conscripsisse, tamen huius poetarum moris postea parum memor in permultis epigrammatis inscriptiones odoratus est, quae re vera demonstrativi generis sunt.

Veluti sepulcri titulum imitatur hoc Aeschrionis epigramma, quod tradit Athenaeus 8 p. 335c (= Anth. Pal. VII 345)

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις
ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι·
μή μ', ὦ μάταιε ναῦτα, τὴν ἄκραν κάμπτων
χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην·
οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζεῦν, οὐ μὰ τοὺς κάτω κούρους,
οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης·
Πολυκράτης δὲ τὴν γενὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν ἅσσ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Quamquam Hecker (p. 64 sq.) et hoc epigramma et Anth. VII 450, quo Dioscorides eandem Philaenidem a crimine lasciviae defendit, utrimque cippi lateribus vel inscriptum vel inscribendum fuisse putat. Sed et Aeschrio Aristotelis amicus et Dioscorides (cf. ep. n. 37) post Polycratem sophistam cui adversantur floruerunt, ut vel aetas vetet haec duo epigrammata Philaenidis titulos sepulcrales putari. Neque enim cuivis hominis dudum defuncti cippo versus suos insculpere licebat.

Neque magis inscriptum fuit hoc Phalaeci epigramma ab eodem Athenaeo p. 440d servatum:

Χρυσῷ τὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
τόνδε Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ,
οὕνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν· ἶσα δὲ πίνειν
οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν οὐδαμά πω.

Quod carmen Hecker p. 69 donarii titulum esse censet, sed certe et hoc et simile eiusdem poetae, quod Anth. P. VI 165 tradit, irrisorio generi tribuenda sunt.[1])

Ab hoc non multum distant Hedyli versus, quibus meretrices cavillans victus instrumenta deis dedicantes facit: Ath. 11 p. 486b (*Ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσι κτλ.*), Anth. Pal. V 159 et 199, VI 292. Etenim Hedylus multis epigrammatis titulorum speciem induit, sed vera inscriptio, ni fallor, unum Theonis epitaphium (n. 43) exstat, etsi ne hoc quidem pro certo affirmare ausim. Sine ullo autem dubio fallitur Hecker (p. 69) cum epigramma Ath. p. 497d (*Ζωροπόται, καὶ τοῦτο φιλοζεφύρου κατὰ νηόν κτλ.*) quo poculum

1) Cf. etiam irrisoria disticha quae tractabo ad ep. n. 1.

describitur et disticha apud Strabonem 14, 683 (*Ἱρᾷ τῷ Φοίβῳ πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι κτλ.*) quibus aliud donarium illustratur inscripta esse dicat: quae ad ipsa monumenta non pertinent, sed spectant ad ea.

Posidippi epigrammatum quae titulorum formam habent tria, quibus fortasse templum Arsinoes et Pharus Alexandrinus ornata erant, etsi dubitanter in syllogen recepi (n. 114 cum not.), quartum, Pandari epitaphium, de quo difficile est iudicium, hic adiungam. Tradit autem Steph. Byz. s. v. *Ζέλεια*:

— — — — — — — —

οὐδέ, Λυκαονίδη, δέξατο cὲ Ζελίη·
ἀλλὰ παρὰ προχοῇ Cιμοεντίδι τοῦτό coι Ἕκτωρ
cῆμα καὶ ἀγχέμαχοι θέντο Λυκαονίδαι.

Sed reliqua Posidippi carmina, Anth. Pal. VII 267, Plan. 119 et 275 Iac., Tzetz. chil. 7, 62, denique Athen. p. 412 e (*Καίπερ συνθεσίης ἔφαγον κτλ.*) et 414 d (*Φυρόμαχον τὸν πάντα φαγεῖν βορόν κτλ.*), quae duo Hecker p. 69 pro inscriptionibus vendit, partim demonstrativo, partim irrisorio generi adscribenda sunt.

Mnasalcae multae quidem exstant in Anthologia inscriptiones, sed versus quos Athen. p. 163 a servavit

Ἅδ᾽ ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι
Ἡδονῇ, αἰcχίcτωc κειραμένη πλοκάμουc,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ ἅπαcιν
ἁ κακόφρων Τέρψιc κρεῖccον ἐμοῦ κέκριται

monumentum describere neque vero in eo fuisse exaratos contra Heckerum (p. 69) recte contendit Benndorf de anth. ep. p. 71.

Neque longum Archimeli carmen, quo magnificam Hieronis navem laudibus effert (*Τίς τόδε σέλμα πέλωρον κτλ.*), verum est *ἐπίγραμμα*, id quod censet Hecker (p. 67): immo quae vera fuerit navis inscriptio, eruere possumus ex carminis v. 13 sq.:

μανύει cτιβαρᾶc κατ᾽ ἐπωμίδοc ἀρτιχάρακτον
γράμμα, τίc ἐκ χέρcου τάνδ᾽ ἐκύλιcε τρόπιν.

Eiusdem demonstrativi generis esse contra Heckerum (p. 9, 67, 182) contendo Doriei et Procli epigrammata, quorum illud (Athen. p. 412 f: *Τοῖος ἔην Μίλων κτλ.*) ad Milonis statuam spectat, hoc (Iacobs append. 69: *Ῥηγίνου μελάθροισι τὸν εὐαστῆν Διόνυσον κτλ.*) Bacchi simulacrum describit: quae non magis monumentis addita erant quam fonti Dieno hoce Anonymi distichum a Steph. Byz. s. v. *Δῖον* traditum:

Νᾶμα τὸ Διηνὸν γλυκερὸν πότον· ἢν δὲ πίῃc νιν,
παύcῃ μὲν δίψηc, εὐθὺ δὲ καὶ βιοτοῦ.

Etenim inde quod locus quo fons esse dicitur in epigrammate ipso commemoratur, iure colligimus nunquam Dii esse hoc insculptum et Heckeri (p. 84) diversam sententiam facile reicimus.[1])

Fortasse etiam quis desiderabit inter sepulcrales huius syllogae titulos Cliniae epigramma a Stobaeo 64, 16 servatum (= Welcker Syll. n. 114):

Μή τις τιμάτω θνητῶν πολύδακρυν ἔρωτα,
μηδὲ πόθον παίδων μηδ' ἱμερτὴν φιλότητα,
τῶν ἰότητι Μύρων κατέβη πολύκλαυστον ἐς Ἅιδην.

Sed sepulcrum Myronis a liberis etsi impiis erigi et inscriptione ornari debuit: non potuerunt igitur hi versus inscribi.[2])

De aliis versibus quos recentiores falso titulos vel titulorum fragmenta esse autumant.

§ 4. Praeter epigrammata titulorum instar facta Hecker aliique grammatici apud scriptores etiam alios versus invenisse sibi visi sunt, qui olim monumentis incisi fuissent. Quale est distichum quod de Abrotono, Themistoclis matre, tradunt Athen. p. 576c et Plut. Them. 1:

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Quod Hartung (gr. Lyr. 6, 195) sepulcro Themistoclis additum esse censet, sed facilius Abrotoni epitaphium esse duceres: quamquam ne huius quidem est, id quod arguere videntur epicae formae *Θρήισσα* et *τεκέσθαι*.[3])

Neque cum maiore probabilitatis specie Hecker p. 67 Euripidis epigramma quod composuit de matre una cum tribus liberis mortua (Athen. p. 61b: *Ὦ τὸν ἀγήρατον πόλον αἰθέρος κτλ.*) in averso cippi latere incisum esse putat. Idem Hecker (Philol. 5, 424, cf. Brandt parod. gr. frgm. p. 51) Alexandri Aetoli de Boeoto versus elegiacos quos tradit Athen. p. 699c (*Ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες κτλ.*) titulum statuae huius poetae fuisse putat; aliter iudicavit Capellmann (Alex.

---

1) Item demonstrativum est Antipatri Sidonii ep. in Zenonem (Laert. 7, 29 *Τῆνος ὅδε Ζήνων κτλ.*) et Theaeteti in Pythagoram (Laert. 8, 48 *Πυθαγόρην τινὰ, Πυθαγόρην κτλ.*).

2) Multa praeterea epigrammata sepulcralium formam imitantia exstant apud scriptores quae eiusdem fere generis sunt atque Laertii Diogenis Pammetrus: qualia nemo, opinor, in hac sylloge quaeret.

3) Macrob. sat. 1, 11, 44 (= A. P. VII 676, cf. Ioann. Chrysost. hom. 13 col. 111 Migne) hoc distichum tradit:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ' ἀνάπηρος
καὶ πενίην Ἶρος καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Potest certe imperatorum aetate mortis et loci notitia in epitaphio omitti (cf. infra § 5), sed qui hos versus laudant scriptores, ipsi demonstrativos esse duxerunt.

Aet. fr. p. 39) qui eos in sepulcro Boeoti insculptos esse suspicatur: revera autem ne lenissimam quidem inscriptionis notam praebent.[1]) Immo aut demonstrativi generis sunt aut pars elegiae: quae est sententia Meinekii (Anal. Alex. p. 230). Certe multa alia disticha vel singuli versus qui inscriptionum fragmenta esse putantur ex elegiis sumpta sunt. Huic generi adscribo Melanthii de Polygnoto versus (Plut. Cim. 4):

Αὑτοῦ γὰρ δαπάναιcι θεῶν ναοὺc ἀγοράν τε
Κεκροπίων κόcμηc' ἡμιθέων ἀρεταῖc.

Quos Welcker Syll. n. 110 ex epigrammate vel sepulcro vel effigiei incidendo desumptos esse putat: sed Polygnoto utpote artifici effigies posita non est neque facile in epitaphio civis Attici formam *ναούς* defendere possis.[2]) Idem Welcker n. 108 sine ulla causa hos de Phrynicho poeta versus (Plut. quaest. conv. 8, 9) inscriptionis partem esse iudicavit:

Cχήματα δ' ὄρχηcιc τόcα μοι πόρεν, ὅcc' ἐνὶ πόντῳ
κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή.

Qui si modo sunt Phrynichi, certe elegiis adscribendi sunt, quibus adscripsit Bergk III[4] 561.

Similiter non inscriptionum, sed carminum elegiacorum fragmenta videntur esse haec:

Hephaest. p. 16, 13: . . . *Νικομάχου τοῦ τὴν περὶ ζωγράφων ἐλεγείαν πεποιηκότος·*

οὗτοc δή cοι ὁ κλεινὸc ἀν' Ἑλλάδα πᾶcαν Ἀπολλό-
δωροc· γιγνώcκειc τοὔνομα τοῦτο κλύων.

Paus. 7. 27. 6: *Θεσσαλοὶ παρέχονται . . ἐλεγεῖον ἐπὶ τῷ Πολυ δάμαντι·*

Ὦ τρόφε Πουλυδάμαντοc ἀνικάτου Cκοτόεccα.

Quem versum tituli statuae Polydamantis a Lysippo factae (Paus. 6. 5. 7; Purgold Aufs. f. E. Curtius 238 sqq.) fragmentum esse falso censent Schubart (in versione Pausaniae) et Hecker p. 23.

Laert. Diog. 8. 12: *καὶ ἔστιν ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον* (= Anth. Pal. VII 119):

1) Hecker argumenti loco affert Athenaeum ex Polemone periegeta versus sumpsisse qui eos ex statua Syracusana descripsisset. Sed periegetam hos versus perinde atque eos quos paulo ante affert ex libris transscripsisse, inde apparet quod nomen poetae exhibet. Et quid mirum si demonstrativa epigrammata Polemo attulit? Cf. ad ep. 1.

2) Goettling (Ber. d. sächs. Ges. d. W. 1853 p. 70) versus in stoa poecile inscriptos esse censet, sed bene refutatus est a Carolo Keil Rh. M. 18, 53 sq.

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα,
κεῖν᾽ ἐφ᾽ ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.

Hoc Duebner in annot. ad Anth. donario inscriptum esse putat: quem bene refutavit Weishaeupl Grabged. p. 48 sq. elegiac versus tribuens.

Aristid. II p. 510: .. *αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν πεποίηκεν·*

Μνήμην δ᾽ οὔτινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

Quos versus tituli esse particulam neque Aristides contendit neque omnino verisimile est, nisi Bergkio (Sim. fr. 146) assentimur, qui mira quadam praeditus vi etiam veri dissimillima cogitatione praecipiendi hoc distichum cum ep. 145 coniungere vult. Elegiae vero partem quominus cum Schneidewino (del. epigr. p. 420) esse statuamus, nihil obstat.

Haec fere sunt epigrammata quae hic commemoranda esse putabam; nolui enim in Syllogae ipsius ne alteram quidem partem recipere neque silentio premere volui, ne quis me ea temere omisisse suspicaretur.

§ 5. Eorum autem epigrammatum quae in Syllogen recepi genuina a falsis discerni oportuit, deinde et genuinorum et falsorum pristinam formam restitui. Ad quae conficienda non exigui emolumenti mihi videtur esse titulos metricos in lapidibus servatos lustrare et in eorum indolem et formas paulo accuratius inquirere.

Tituli sepulcrales. Atque sepulcralium titulorum vetustissimi qui exstant pedestri sermone scripti sunt neque aliud quidquam continent nisi nomen defuncti patris interdum nomine vel, qui Spartiatarum erat mos, verbis *ἐν πολέμῳ* additis. Si quid praeterea praedicare voluerunt Graeci, metricis epitaphiis utebantur, quorum satis multa inde a sexto saeculo novimus.[1]) Atque hoc commune est omnibus priscorum temporum metricis inscriptionibus, ut non ornandi causa titulis legitimis additae sint, sed ipsae sint tituli legitimi: quo fit, nihil ut pedestri sermone scriptum sexti et plerisque quinti saeculi epigrammatis addi soleat.[2]) Duarum autem rerum memoriam in eis nunquam deesse videmus: nomen dico defuncti et defunctum hoc ipso monumento, in quo inscripti sunt versus, conditum esse — sive id pronomine demonstrativo (*σῆμα τόδ᾽ ἐστί, ἐνθάδε κεῖται* et simil.) sive genetivo aliove casu nominum propriorum significatur (v. p. 19

1) Nonnulla ex eis produnt etiam vetustioris pedestris formae simplicitatem velut tit. Theraeus IGA 466: *Κώθιος ὁ Κριτοβούλου ἀπ᾽ Εὐμνάστας νεαρηβῶν* et IGA 149: *Καλλία Αἰγίθθοιο· τὺ δ᾽ εὖ πρᾶσσ᾽ ὦ παροδῶτα.*

2) Tres novi titulos qui ab hac regula discedant: Kaibel 472 (saec. VI/V) ubi artificis, Kaibel 188 et 488 (saec. V) ubi eorum qui sepulcra erexerunt nomina extra versus addita sunt. Idem ni fallor cadit in huius syll. n. 20.

adnot. 1) sive sepulcrum ipsum loqui fingitur (σῆμά εἰμι, κατέχω).[1]) Praeterea alia possunt addi, possunt omitti velut adhortatio viatoris, laus defuncti, quis monumentum erexerit, similia quae persequi non est in animo.[2]) Quinto autem saeculo paullatim incipit vetus mos immutari. Invenimus enim eius aetatis paucos titulos, in quibus nomen mortui extra versus repetitur (Kaibel 22, 23, 35, 36, 484; in mutilo ep. n. 25 V. saec. sine dubio nomen proprium suppleatur oportet in primo vel tertio versu). Quarto deinde saeculo saepiusque insequentibus saeculis accidit ut nomen defuncti in ipso epigrammate plane desideretur atque nonnisi extra versus inscriptum sit (Ἀθήναιον III p. 195 = Allen XXV, K. 47, 48, 52, 56a etc.). Et inde ab eadem aetate nonnulla epigrammata noniam, id quod solebant antea, sepulcrum ipsum respiciunt, sed tantummodo ornandi causa addita sunt: K. 52, 53, 60, 65 etc. et huius syll. fortasse 48—50. Tunc quoque magis magisque titulos illos priscae simplicitatis excipiunt aut hominum plebeiorum fetus et verbis et versibus pessimis scatentes aut carmina artificiosa et redolentia poetarum Alexandrinorum ingenium.[3])

§ 6. Ab epigrammatis quae deorum donariis inscripta sunt Kaibelii exemplum secutus agonistica, quippe quorum peculiare esset genus, segregavi. Reliqua si perlustrabimus, ea quattuor fere rerum memoriam comprehendere videmus[4]): primum nomen dedicantis, deinde notionem dedicandi, tum nomen dei, cui res offertur, denique causam ex qua donarium collocetur. E quibus quartum saepe uno vocabulo (εὐξάμενος, ἀπὸ πολεμίων) exprimitur, nonnunquam plane omittitur (Kaib. 738, 739, 743 et huius syll. 57, 58, 61, 65 etc.) pariterque haud raro tertium desideratur: etenim cui deo donarium dedicatum esset, sciebant ei qui collocatum videbant: Kaib. 758, 760, 774, IGA add. 99 etc. et multi h. syll. tituli. Quod autem ad notionem dedicandi attinet, verbum activum (ἀνέθηκε vel simile), quod in titulis pedestri sermone scriptis saepissime deest, in metricis raro omittitur et sicubi non exstat, facile subauditur: Kaibel 385b, 745, IGA 442 (= Allen CXXIX). Sed interdum fit ut dedicationis Deorum donaria.

1) Excipienda sunt πολυανδρίων epitaphia, in quibus nominum loco, quae in calce subsequuntur, in versibus ipsis pron. demonstrativum (οἵδε) vel personale (ἡμεῖς) legitur.

2) Ea bene per saecula Atticae historiae persecutus est Gutscher, die attischen Grabschriften, Leoben 1890. Cf. etiam quae ad ep. 249 adnotavi.

3) Cf. praeter Gutscheri opusculum Hänel, de epigrammatis Graeci historia. Breslau 1852.

4) Idem cadit in titulos dedicatorios pedestri sermone scriptos, nisi quod horum alterum quoque genus exstat, quo nihil dicitur nisi huius vel illius dei esse donarium velut Ἀπόλλωνος Λυκείω sc. εἰμί IGA 11 etc.

ipsius nulla sit mentio eiusque loco commemoretur causa, cur res offeratur. Velut in epigrammate Epidaurio, quod adscribam ad n. 77, Drymus facinus narrat propter quod donarium collocet Asclepio neque vero se id dedicare pronuntiat.[1]) Et idem saepissime occurrit in titulis agonisticis. Neque desunt huius syll. exempla: cf. n. 63, 77, 82, 91, 98, 107. Scilicet opus non erat donatorem disertis verbis exprimere se rem dedicavisse, cum id ipse locus, ubi res esset collocata, monstraret.

Nomen autem hominis dedicantis in epigrammatis dedicatoriis sexti et quinti saeculi nunquam deest aut extra versus repetitur[2]): quarti demum saeculi unus exstat titulus in quo nomen donatoris extra versus rursus additur (Kaib. 770), et inde ab eadem aetate pauca inveniuntur, ubi is qui dedicat in versibus plane desideratur, sed soluta oratione additur (Kaib. 772, 805, fort. 768a.). Huius syllogae exempla exstant n. 115 (saec. IV), 76 et 97 (saec. III), 101 (saec. IV p. C.), 104 (p. C.). Verum multo rarius occurrit ut nomina dedicantium in ipsis versibus desint quam nomina defunctorum.

Epigrammata agonistica. § 7. In epigrammatis, quae agonisticis donariis — sive statuis sive aliis monumentis (cf. Reisch gr. Weihg. p. 21 sqq.) —, insculpta erant, idem fere qui in reliquis mos observatur, nisi quod in eis qua de causa res sacretur nunquam omittitur, notio autem dedicandi, id quod supra dixi, saepissime desideratur (Reisch p. 35 sq.). Nomen donatoris in versibus ipsis raro deest veluti in tit. Attico (Eph. arch. 1883 p. 22 = Allen n. XXII), ubi nomen una cum superiore parte lapidis deperditum est. Item nomen extra versus additum esse videtur in h. syll. n. 134.

Hominum honores. § 8. Inde a fine sexti saeculi in Graeciae civitatibus mos in-

1) Similiter in nobilissimo tripode Delphico quem Graeci post Plataeas Apollini sacravere nominibus civitatum dedicantium nihil praemissum est nisi *τοίδε τὸν πόλεμον ἐπολέμεον* (cf. comment. ad ep. n. 85 p. 74).

2) Nempe si plures homines simul rem dedicant, hi in versibus pronomine quasi designantur, nomina subsequuntur: Kaib. 756 a (Rh. Mus. 34, V. saec.), Mitteil. d. ath. Inst. 3 p. 181 et h. syll. 68, 73, 82; Anth. Pal. VI 344. — Mirus est titulus ap. Kaib. EG 784 (cf. praef., = Inscr. Ital. et Sicil. 2424) in *λίθῳ ἀργῷ* V. saec. insculptus:

Τέρπων εἰμὶ θεῶν θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης·
τοῖς δὲ καταστήσασι Κύπρις χάριν ἀνταποδοίη.

Ubi Roehl (IGA 551) negat mirum esse quod ei qui Veneris dona peterent nomina sua in anathemate profiteri verecundia prohiberentur. Quae coniectura nihili est. Immo videtur lapis inde a vetustissimis temporibus ut Terpon deus cultus esse, sed quinto demum saeculo, cum quid velit saxum informe paullatim oblitescere coepisset, a sacerdotibus hic titulus insculptus esse, ignaris scilicet quis primus collocasset dei simulacrum. Simile quid habemus in h. s. n. 89.

crebuit homines bene de patria meritos privatis aut publicis monumentis honorandi.[1]) His monumentis qui tituli additi erant, eorum duo sunt genera: unum pronuntiat a quo et cui honos tributus vel monumentum erectum sit. Cuius generis epigrammata lapidaria si contemplabimur, multa sane inveniemus quibus utrumque comprehenditur quaeque sola per se in lapide leguntur; sed saepius quam in sepulcris et deorum donariis usu venit ut ea ornandi causa adscripta sint neque ipsa efficiant titulum legitimum, sed hic praecedat soluta oratione aut brevissimis usus verbis (*ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἐτίμησε*) aut partem plebisciti continens: cf. Kaib. 844, 851, 853, 856a, 867, 868, 874, 877b, 885. Alterius generis tituli nomen eius qui monumentum posuit omittunt, ut qui pedestri sermone scripti sunt solum nomen eius cui statua erecta sit contineant, metrici et nomen viri eiusque laudem: Kaib. 855, 856, 858. In his nonnumquam nomen hominis versus praecedit: Kaib. 850, Mitteil. d. ath. Inst. 5, 83 (= Allen LXXXIV).

Quodsi huius syllogae epigrammata honoraria conferemus, multis quidem et dedicantis et honorati viri nomen comprehenditur, ut praeter ea nihil lapidi insculptum fuisse videatur, in multis autem quae solum nomen viri cui honos tribuitur eiusque laudem continent incertum est utrum pedestri sermone dedicatio olim praemissa fuerit an sola inscripta fuerint in monumento. Quae utri generi adscribas, discerni nequit. Et idem cadit in ea epigrammata quae et nomen viri et dedicationem omittunt: quae certe nomen viri honorati praecessit, num etiam dedicatio praecesserit, non liquet.

§ 9. Neque vero solum quot notiones comprehendat epigramma, sed etiam qua dialecto scribatur, sexto quintoque saeculis certis finibus circumscribi ex Kaibeliana sylloge docemur. Cum enim Graeciae continentis civitates inscriptiones inciperent Ionum versibus i. e. hexametris et distichis includere, minime una cum versibus — id quod fecerunt in poesi epica et elegiaca — etiam dialectum Ionicam receperunt. Atque Kirchhoff quidem in Hermae vol. V p. 48—60 demonstravit omnia fere illius aetatis epigrammata quae in Atticis lapidibus exstant Atticam exhibere dialectum; quodsi Ionicae invenirentur formae in titulo, certe Ionicum fuisse aut poetam aut eum

De dialecto epigrammatum

1) Quo iure agonistica monumenta a reliquis deorum donariis segregavi, quippe quibus non solum deis, sed certaminum victoribus honos haberetur, eodem iure inter honorarios titulos pauca illius classis epigrammata recepi: 146, 150, 156, 157. Etenim in eis hominum honos maioris momenti est quam deorum. Kaibel id genus epigrammata, unum n. 851 hominum honoribus, alterum n. 777 dis dicatis inseruit. — Sed ep. n. 145 debui inter dis dicata ponere.

qui titulum incidendum curasset.[1]) Paulo aliter res se habet in civitatibus Doricis et Aeolicis quae dicuntur. Quarum epigrammata etsi VI. et V. saeculis in universum quidem vernaculam dialectum exhibent ita ut semper ᾱ pro Ionica η aliaeque propriae formae exstent, tamen non solum terminationes -οιο -οισι et part. ἠδὲ huc illuc irrepserunt — quae eadem in Atticis titulis invenimus —, sed alia quoque occurrunt a vernaculo sermone aliena. Veluti in epigrammate Argivo (saec. V. ineunte) Kaib. 936 exstat δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις, cum illius aetatis Argivi dixerint δαμοΐοις et ἀϝέθλοις. Et cum Arcadum pronomen demonstrativum sit ὀνί, nihilo secius in epigrammatis Arcadicis quinti saec. IGA 95 et 98 (Kaib. 774 et Allen CVII) τόνδε et τόδε legimus. Neque Lacones χαρίζεσθαι dicebant quod exstat in tit. metr. saec. V Kaib. 936 a (Rh. Mus. 34 p. 203). Itaque cavendum est ne, qua ratione Athenienses usos esse rectissime Kirchhoff animadvertit, prorsus eandem observari putemus apud Dores et Aeoles.

Cum autem inde ab initio quarti saeculi Ionica litteratura a Graeciae civitatibus reciperetur, sermo patrius paullatim auctoritate qua floruerat destitutus est et Ionica vel epica dialecto saepius utebantur epigrammatographi[2]), etsi haud paucae inprimis Atticae inscriptiones tunc quoque vernaculum sermonem ostendunt.

Quodsi huius syllogae epigrammata quae sexto quintoque saeculo scripta sunt lustramus, in multis exstat patria dialectus, in aliis non iam apparet: quod mirum non est; facillime enim a librariis dialecti vestigia sublata esse quivis videt.[3]) Itaque sine ulla dubitatione multas formas epicas correxi quae apud hunc vel illum scriptorem traduntur. Sed si plures vel omnes auctores in epigrammate, quod in alia quam Ionica civitate exstitit, epicas formas tradunt aut hae non possunt mutari nisi metro violato, colligere debemus Ionicum fuisse aut poetam aut eum qui monumentum erexit (cf. adn. 1). Atque quinti saeculi epigrammatum quae Ionicam dialectum produnt n. 21, 31, 78, 83, 84 Simonidi, origine Ioni, adscribuntur, n. 153 a Kirchhoffio (Herm. l. l.) et ipsum Ionico poetae tribuitur idemque cadere

1) Quibus tertium accedit: potest enim in hominis peregrini epitaphio huius dialectus usurpari etsi monumentum non a populari erigitur: Kaib. 26 (cf. h. syll. n. 39).

2) Saec. IV: Kaib. 489, 492, 492 b (Thebis); 938 (Tanagrae); Loewy 94 = Allen CVIII (in Elide) alia; plura etiam inde a III. saec. — In titulo Kaib. 505 ea verba, quae pedestri oratione praecedunt et subsequuntur epigramma, vernaculo, versus ipsi epico sermone scripti sunt.

3) Id quod luce clarius demonstrant epigrammata quae et apud scriptores et in lapidibus exstant: h. syll. n. 57 et 59, Anth. Pal. XIII 16 coll. Loewy 99.

mihi videtur in ep. n. 82, (140), 142; etsi concedo potuisse morem insequentis saeculi iam paulo ante nasci.

Inferiore aetate Doricam dialectum nonnumquam propter munus et condicionem hominum ad quos tituli pertinent, vel etiam nulla ex probabili causa usurpatam esse ex epigrammatis lapidariis demonstravit R. Wagner (quaest. de epigr. Gr. p. 15—24). Etiam huius syll. pauca epigrammata huc faciunt. In Diogenis enim cynici statuae titulo (n. 166) et in inscriptione quae Cydiae Atheniensis clipeo incisa erat (n. 76) Dorica dialectus propter insignem corporis patientiam et fortitudinem, praecipuas Doriensium virtutes, delecta esse videtur. In Sibyllae vero epitaphio (n. 32) certa ratio, ex qua aliquot Doricae formae usurpatae sint, non apparet.[1])

Plures unius monumenti tituli.

§ 10. Id quoque observare tanti est quod multorum monumentorum tituli non ex uno sed ex pluribus constant epigrammatis; veluti ad idem pertinent sepulcrum bina carmina in Kaibelii n. 21 (saec. V), 24 (IV), 35, 35a, 88, Allen XXIV, LXIX; ad idem donarium in Kaib. 875a (V/IV), 805a. Cavendum igitur est si a scriptoribus duo unius monumenti epigrammata traduntur, ne alterum spurium esse iudicemus: cf. h. syll. n. 6, 11 et 12, 271; 146, 153 (fort. etiam 53).

De epigrammatum auctoribus.

§ 11. Alia oritur quaestio. Titulis enim metricis quos in lapidibus inscriptos legimus non nisi recentissimis temporibus[2]) poetarum nomina adscripta sunt, cum huius syllogae epigrammatum sat multorum auctores tradantur. Quae nomina unde sumpta et qua fide digna sint, paucis inquirendum esse mihi videtur.[3])

Atque poterant certe poetarum nomina, etsi epigrammatis subscripta non erant, civibus et aequalibus bene nota esse et inde in historicorum libros recipi. Sic puto horum epigrammatum poetas memoriae proditos esse: 9, 11, 23, 28, 33, 42, 158, 220; fort. 14, 25, 44. Alia nomina solis coniecturis nituntur. Veluti facilis erat suspicio donatorem vel artificem ipsum sui donarii vel operis titulum conscripsisse (112, 115, 163, 181—184 multaque alia). Quas coniecturas etsi rectas esse demonstrari non potest, tamen eae in permultis verisimillimae sunt. Sed si tituli sepulcrales dicuntur a defunctis ante mortem facti esse (n. 29 et 39), ea memoria non maiorem fidem habet quam quod epitaphia Hesiodi unum n. 19 Chersiae, celeberrimo Orchomeniorum poetae, alterum n. 249 Pindaro, Boeotorum clarissimo,

1) Etiam codicum scribae nonnumquam sine ulla ratione Doricas exhibent formas: Anth. Pal. identidem, cf. h. s. n. 8, 78, 83, 4, 84, 195, 4 (Ζαvὶ), 259. Cf. etiam Paus. in ep. 59, 4.

2) Cf. Kaibel EG index VII et Inscr. Italiae Siciliae etc. p. 755.

3) Omitto ep. n. 137 ab Aristide et n. 173 et 194 a Synesio tradita, qui ipsi se auctores profitentur.

adscribuntur, vel quod Euripidis elogium n. 259 sive a Thucydide sive a Timotheo, certe ab uno ex eius apud Archelaum regem sociis conscriptum esse dicitur. Et idem fortasse cadit in carmina sepulcrorum Pausaniae medici (40) et imperatoris Iuliani (35): quorum illud Empedocli, qui Pausaniae amicissimus erat, tribuitur, hoc Libanio, sedulo imperatoris laudatori.[1])

Longe melius res se habent, ubi epigrammata non poetis prorsus ignotis aut eis quos huic poeseos generi peculiarem operam non navasse scimus adscribuntur, sed Simonidi, Callimacho, Posidippo aliisque epigrammatographis: qui cum ipsi sua epigrammata collegerint facile est ad intellegendum unde scriptores poetarum nomina habeant. Optimis igitur testibus nituntur Athenaeus in n. 43, 113, 114 et Pollux in n. 52, optimis qui Simonideorum sylloge utebantur, optimis quoque Meleager qui longe plurima non ex lapidibus neque ex historicis, sed ex poetarum operibus sumpsit. Quamquam iniuria temporum non huius corona ad nos pervenit, sed vasta collectio epigrammatum et ex eius et Philippi et Agathiae et aliorum coronis congesta vel potius plures anthologiae ex hac vasta collectione haustae, Palatinam dico et Planudeam, ut de reliquis, quae minoris sunt momenti, taceam.[2]) Etsi igitur in prisca Meleagri corona recta sine dubio lemmata adscripta erant, tamen a librariis et a novorum florilegiorum conditoribus corrupta omissa mutata sunt, ut testimonia Planudis vel codicis Palatini scribae vel correctoris non eam habeant auctoritatem quam Athenaei et Pollucis.

Potuit igitur hoc vel illud epigramma duobus quasi rivulis ad nos manare, quorum unus exit a monumento, alter a poetae libro. Veluti ep. n. 37 ab Athenaei auctore de lapide transscriptum est: caret igitur poetae nomine; idem carmen exstat in Anthologia Palatina quae altero fonte — poetae ipsius operibus — usa et in paucis verbis diversas lectiones praebet et nomen Dioscoridis addit. Itemque ep. n. 84 Thucydides ex solo monumento novit ab eoque pendent Plutarchus, Ps.-Demosthenes, Aristodemus: quibus omnibus versus *ἀδέσποτοι* sunt; Pausanias autem et Anthologia ex Simonideorum sylloge sumpserunt: nihil igitur mirum est si apud eos poetae nomen

1) De fictis Euboeorum epitaphiis (n. 267 sq.) Platoni falso adscriptis cf. commentarius.

2) De Sylloge Euphemiana (cod. Laur. 57, 29 f. 153^v—161^r et Par. 2720) cf. Schneidewin, Progymnasm. in Anth. gr. (1855); de altera syll. cod. Laur. 57, 29 f. 142^r—153^v Stadtmueller ann. phil. 139 p. 770 sq. et Sternbach Anthol. Plan. append. p. XIV sqq.; de cod. Par. suppl. 352 Cramer Anecd. Par. IV p. 266 sqq.; de cod. Par. 1630 Dilthey ind. lect. Gott. 1887; de cod. Par. 690 Dilthey ind. lect. 1891; de cod. Par. 1773 Stadtmueller ann. phil. 139 p. 771.

servatur. Itaque caveas ne propterea quod plures et vetustiores auctores epigramma aliquod sine poetae nomine tradunt, ex inferioris autem aetatis scriptoribus eius nomen nobis innotescit, ideo his fidem derogandam esse putes. Vide sodes comm. ad ep. 20 et 68 et quae § 12 de ep. 31 dicam.

§ 12. Supra dixi Simonidem sua ipsum collegisse epigrammata. Quod quo iure contenderim, idem quo iure multa, quae Simonidi adscribuntur carmina, contra aliorum opinionem spuria aut genuina iudicaverim paucis ostendere conabor. De Simonidis epigrammatis.

Atque Kaibel de prima Cei poetae epigrammatum collectione disserens (Rhein. Mus. 28, 453) hanc proponit coniecturam: cum Aristoteles (rhet. 1. 9) Archedicae epitaphium (n. 31 = 111 Bgk.) Simonidi tribuat, contra qui idem affert Thucydides (6. 59) taceat de poeta, huius forsitan aetate epigrammata poetae nondum fuisse collecta, fuisse philosophi temporibus. Qua in re hoc recte perspexit vir doctissimus exstitisse quarto a. Chr. n. saeculo epigrammatum Simonidis syllogen: etenim quo alio auctore niti poterat Aristoteles quem inexplorata pro compertis vendere non solere suo iure contendit Kaibel?[1]) Sed quod post Thucydidem hanc collectionem factam esse putat, hac in re sibi ipse obloqui mihi videtur. Cum enim rectissime in eisdem quaestionibus (p. 436) minime neglegendum esse demonstret nunquam poetae nomen in lapide fuisse adscriptum, a quonam homine et quo modo septuaginta vel pluribus etiam annis post poetae mortem collecta esse epigrammata animo sibi effingit? An initio quarti a. Chr. saeculi grammaticum quendam totam Graeciam neque Graeciam solam perlustrasse putamus, ut nunc Lampsaci nunc Plataeis titulos describeret, modo Athenis modo ad Thermopylas modo Olympiae perscrutaretur marmora? Idque ut illa aetate factum esse existimaremus — equidem enim minime probabile hoc esse duco —, unde potuit iste periegeta Simonidis nomen eruere non insculptum in monumentis? Unde, quaero, nisi ex accolarum ore qui fama et auditione a maioribus acceperant? Hunc autem quasi fontem non per duo vel tria hominum genera purum et integrum manare nemo negabit. Ergo si Kaibel eis quae proposuit rectam subiunxisset conclusionem, profitendum ei fuit nos nullum omnino epigramma certis usos testimoniis Simonidi tribuere posse.[2])

1) Ex historico aliquo hausisse Aristotelem toto illo loco refutatur.

2) Weishäupl p. 34 et ante eum Schaumberg (de dialecto Simon. etc. p. 7) Simonidis epigrammata non esse collecta censent ante Alexandrinos grammaticos qui aut famam secuti aut ex coniectura poetae nomen addidissent. Sane mirum cum qui ita sentiat, de Simonidis scribere dialecto. — Neque video quomodo

Neque vero tam male res se habent. Etenim inde quod Thucydides poetam Archedicae epitaphii ignorabat[1]) nequaquam colligere licet (v. § 11) illius aetate epigrammatum Simonidis collectionem nondum exstitisse: quid enim mirum Thucydidem qui ex marmore descripsit titulum poetae nomen lapidi non incisum omisisse, quid mirum eum qui praeter Homerum et Hesiodum nullum poetam memorat, eiusmodi collectionem aut non novisse aut etiamsi novisset, inesse haec ipsa disticha oblitum esse? Immo si rectissime Kaibel Aristotelis aetate epigrammatum collectionem fuisse contendit, haec non potuit non ab ipso Simonide facta atque aut a poeta ipso aut mortuo eo a cognatorum quodam edita esse.[2]) Inde autem manasse consentaneum est Alexandrinorum grammaticorum syllogen, quam compilavit Meleager aliique qui florilegia composuerunt.

Quare permultum interesse videmus quo auctore usi sint scriptores qui epigrammata Simonidis afferunt. Si enim pristinam illam syllogen a poeta ipso institutam sequuntur, eis utique fides habenda est neque temere licet dubitare, si quis ex Alexandrinorum collectione vel ex Meleagri corona recens edita hausit. Sin autem unicus testis exstat florilegium inferiore aetate compositum, veluti Palatina vel Planudea anthologia, fieri sane potuit ut integrum servaretur lemma, sed certum ex hoc fonte solo iudicium sumere non licet.

Atque pristina et genuina collectione praeter Aristotelem (n. 31) usus esse videtur Pollux (51) et Chamaeleo (68 et 275). Plutarchus autem utrum ex hac an ex Alexandrina sylloge sumpserit ep. n. 107, 136 (68 ubi v. comm.), incertum est. Sed certe ex Alexandrina fluxerunt n. 118, 119, 152 quae grammatici scriptores tradunt et 144, hoc tamen falso Simonidi adscriptum. Aut eadem aut Meleagri corona utuntur Pausanias in 84, 124, 179, Cicero in n. 21, Laertii auctor in n. 105. Sed solo Anthologiarum testimonio nituntur 78, 83, 253 — quibus lemmatis fortasse fides habenda est (v. comment.) — deinde 189, 269, 280 (255, 256), quae certe falsa sunt, denique n. 5, 8, 67, 200 et ipsa meo quidem iudicio spuria. In n. 4 et 6

Bergk (PLG. III^4 p. 447 not.) putet „carminis auctorem quem ignoravit Aristoteles postea indagari potuisse".

1) Recte enim Kaibel (p. 453) verisimile esse negavit Thucydidem Simonide nominando supersedendum putasse.

2) Hiller Philol. 48, 245 not. 33 eodem tempore, quo haec in Meletematis de epigr. gr. protuli, et ipse contendit Simonidem ipsum epigrammata collegisse. Atque differt eius sententia a mea solum eo quod epigrammata non seorsum, sed in calce elegiarum poetam edidisse putat: quod in medio relinquendum est. Contra Wilamowitz in Comm. grammat. IV p. 5 a Simonide ipso sub vitae finem collecta esse opuscula sua inter seria non commemorat. Sed causam, qua meam sententiam refutaret, afferre omisit.

nomen Simonidis coniecturam esse Ps.-Dionis, et in n. 274 coniecturam scholiastae Aristidis constat. Epigrammata autem n. 7, 72, 199, quae Aristides rhetor tradit, falsa loci interpretatione quam Bergk defendit inter Simonidea recepta sunt: quae recte removerunt Kaibel (Rh. Mus. 28, 436 sqq.) et Hiller (Philol. 48, 230 sqq.). Alia denique nostrae demum aetatis grammatici Simonidi temere tribuerunt.[1])

§ 13. Quod ad adnotationem criticam refert, non omnes omnium scriptorum varias lectiones in apparatum recepi, sed solum eas quae alicuius momenti esse videbantur ad textum epigrammatum restituendum; etiam sic haud scio an quis me vituperet quod plura dederim, velut sicubi neglectas in codicibus elisiones vel litteras paragogicas adnotavi: quae recepi ut appareat etiam in his titulos apud scriptores servatos nihil distare a marmoribus (cf. Allen Greek versification in inscriptions; Elision p. 126—156, N movable p. 158—160). De adnotatione critica

Optime autem mihi contigit ut aliquot scriptorum, quorum plenus ac integer apparatus criticus nondum exstat, codicum lectiones exhibere possim. Laertii enim Diogenis codicum Parisini et Laurentiani varias scripturas Hermanni Diels, professoris Berolinensis, insigni comitati debeo, qui Hugoni Rabe amico permisit ut eas meum in usum transscriberet, Burbonici autem discrepantias Curtius Wachsmuth, prof. Lips., liberalissime roganti mihi suppeditavit. Pro qua eximia benevolentia illustrissimis viris maximas gratias ago.

Neque minore beneficio me obligavit Hugo Stadtmueller, prof. Heidelb. Qui per litteras a me rogatus ut Anthologiae Palatinae eorum epigrammatum quae in meam syllogen recepturus eram, collationes mihi mitteret, non solum humanissime quae optaveram exsecutus est maxima cum diligentia omnes codicis discrepantias referens[2]), sed etiam quae ego ex Planudis codice Marciano olim Venetiis

1) In ep. n. 4 et 67 occurrit pronomen οὗτος quo Simonides ipse usus non esse videtur; sed id ab eius aetate alienum esse falsa est Iunghahnii (de Sim. Cei epigr. Berl. 1869) et Kaibelii (l. l.) opinio quam bene refutavit Bergk PL. III[4] p. 432 (adde IGA 382). — Ceterum inprimis in Corinthiacis titulis δεικτικὴν pronominis οὗτος vim invenimus: praeter ep. 4 et 67 Corinthiaca exstat quater in arca Cypselidarum (186, 3. 4. 6. 7), in Phidolae Corinthii titulo Anth. Pal. VI 135 (cf. p. 102 adn.), in donario Apolloniatarum, Corinthi colonorum (n. 60).

2) Doleo quod propter certos libri fines non licuit omnes codicis discrepantias adnotare. Veluti ne longior fieret apparatus fere omisi referre locos quibus Corrector accentus mutavit, verba disiunxit (περὶ θεῖναι), iota adscriptum posuit; neque in lemmatis compendia codicis, sed integras voces dedi, quippe quae nusquam incertae essent. — Hoc quoque doleo quod saepe mihi non iam licuit Stadtmuelleri adnotationes et coniecturas ipsius libri textui inserere: quas recepi inter „Addenda“.

adnotaveram, ex sua huius codicis collatione examinavit et correxit. Ac ne his quidem suam operam ac studium contineri voluit, sed quaterniones libri perlustrans hic illic quae coniectando sagaciter invenerat adscripsit et non pauca et codicum et mea menda sustulit.

Iamque finem praefandi facturus subvereor ne non tam perpolitus quam incohatus et rudis mihi e manibus excidat libellus. Nam haud ignarus sum non omnia epigrammata ea qua par fuit diligentia esse tractata et multa sive a veteribus memoriae prodita sive a recentioribus grammaticis inventa me potuisse effugere quae huic vel illi rei pleniorem lucem afferrent. Quodsi pauciora fortasse quam merui in libro reprehendentur, permulta ingenue fateor me debere viris illustrissimis qui paene socii laboris mihi exstiterunt: Hugoni Stadtmueller, cuius quanta fuerit erga me comitas iam professus sum, deinde Iosepho Menrad Burghusiensi et Carolo Weyman Misbacensi amicis qui plagulas corrigendi munus laboriosum suscepere neque tamen his artis finibus se continuere, inprimis autem Rudolpho Schoell, praeceptori humanissimo: huius viri auctoritate permotus olim hanc syllogen instituere animum induxi neque unquam mihi librum elaboranti defuere eius cura et consilium. His igitur ceterisque quos suo loco afferam viris amplissimis laudes ago gratas gratesque summas.

Dabam Monachii Kalendis Augustis 1891.

Theodorus Preger.

Codicum librorumque sigla.

Planudes sive Anth. Plan. = cod. Marc. 418 a Planude ipso scriptus.

Plan. (aut. app.) = huius autographi codicis appendix librorum I—IV, quae ipsam Anthologiam in septem capita divisam sequitur; cf. Stadtmueller Berl. philol. Woch. 1890 col. 305 et Sternbach Anth. Plan. app. Barb.-Vat. p. VIII sqq.

In Anthologia Palatina has manus distinguit Stadtmueller (cf. Weishäupl Grabged. d. gr. Anth. p. 107):

A scripsit priorem partem usque IX 373.

B scripsit posteriorem partem inde ab IX 374.

C = Corrector multa quae A et B scripsere mutavit et multa auctorum nomina addidit.

L = Lemmatista pleraque lemmata scripsit.

A*, diversus ab A, in pp. 421—452 nonnulla auctorum nomina adpinxit. Praeterea has Stadtmuelleri notas usurpavi:

A^{ar} = A ante rasuram.

A^{ac} = A ante correcturam (factam a C).

C^{pc} = Palatinus post correcturam.

A sive C sive Lm^{e} = A etc. in margine exteriore.

A sive C sive Lm^{i} = A etc. in margine interiore.

A in t = A in textu.

Laertius Diogenes P = cod. Par. Gr. 1759 a Dielsio collatus.

P^2 = eiusdem correctores varii (quos Wachsmuth sillogr. p. 88 in P^2 — P^4 distinguit).

B = cod. Burbonicus n. 253 a Wachsmuthio coll.

F = cod. Laur. 69, 13 a Cobeto et Bywatero coll.

In reliquis scriptorum testimoniis codicumque notis afferendis novissimas editiones secutus sum.

Allen = Greek versification in inscriptions, Papers of the American school of Athen IV 1888.

PL. = Bergk Poetae Lyrici Graeci vol. II et III, ed. quarta.

Hecker[1] = Commentatio critica de Anthol. Graeca. Lugd. Batav. 1843.

Hecker[2] s. Hecker I = Commentationis criticae de Anth. Graeca pars prior. Lugd. Bat. 1852.

Iacobs = Animadversiones ad Anthol. Graec. (= Anth. Gr. ex recens Brunckii. Indices et comment. adiecit Fr. Iacobs, vol. VI—XIII).
aut = Anthol. Graeca 3 voll. Lps. 1813—1817.

K. sive Kaibel = Epigrammata Graeca e lapidibus conlecta ed. Kaibel. Berol. 1878.

ep. n. . . . sive h. s. ep. . . = huius syllogae ep. n. . .

INSCRIPTIONES
GRAECAE METRICAE

I. Tituli sepulcrales.

1. In Elide? III. fere saec.

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ᾽ ἠρίον Ἀρκαδίωνος
  ἄστεος ὤρθωσαν τᾷδε παρ᾽ ἀτραπιτῷ
υἱῆες Δόρκων καὶ Χαρμύλος· ἔφθιτο δ᾽ ὡνήρ,
  ὤνθρωπ᾽, ἐξ χανδὸν ζωροποτῶν κύλικας.

Athen. 10. 436d: *ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀρκαδίων (ἄδηλον δ᾽ εἰ ὁ Φιλίππῳ διεχθρεύσας) ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ὅπερ ἀνέγραψε Πολέμων* (fr. 79 Preller) *ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων· τοῦ — κύλικος.* Ex Athenaei epitome (cf. Dindorf ad hunc locum) Eustath. ad Il. p. 746, 68: *εἴρηκε δέ τις καὶ ῥῆμα ἐκ τοῦ ζωρὸν τὸ ζωροποτεῖν ἐπιγράψας οὕτω· τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ᾽ ἠρίον Ἀρκαδίωνος | ὃς θάνεν ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος. ἔνθ᾽ ὅρα τὸ χανδῆς οὗ ἡ ἀρσενικὴ αἰτιατικὴ ποιεῖ τὸ χανδὸν ἐπίρρημα.*

v. 2. *ὀρθώσαντα δὲ* A, *ὤρθωσαν τᾷδε* Musur., *ὤ. τῇδε* Kaibel, *ὤγκωσαν* Hecker comm. de Anth. I 13, sed cf. Anth. Pal. VII 198. 8 *ὤρθωσεν σᾶμα* ‖ v. 3. *ἔφθη ὁ δ᾽* A corr. Schweigh. | *ἀνήρ* Dindorf ‖ v. 4. *ὤνθρωπ᾽* Kaib., *ἄνθρωπ᾽* A | *ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος* Ath. Eust., sed *χανδός* adiectivum pravam esse formam recte contendit G. Curtius Grundz. d. gr. Etym.[5] 629; alii alia tentaverunt, rectum primus vidit Dilthey in ind. lect. Gott. 1881/2 p. 11, in quam ipsam emendationem ego quoque (de epigr. gr. melet. p. 37) incideram nescius eam ab illo iam occupatam esse.

De temporibus quibus vixerit Arcadio, ex versu tertio eius epitaphii quod propter insolitum mortis genus ipse de lapide descripsit Polemo, indicium aliquod erui potest. Etenim forma *υἱῆες* non ante Apollonium Rhodium usitata esse videtur (v. G. Meyer griech. Grammatik[2] § 320) et convenit tertio a. Chr. saeculo[1]), quod dialectum in epigrammate non integram servatam esse videmus: sed omnia eius vestigia delerentur si Kaibelium sequeremur *τῇδε* restituendum esse

1) Quodsi poeta Callimachi versus frgm. 109 Schn. *καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν | ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ᾽ ἥδετο κισσυβίῳ* (Athen. 442 f et 477 c, sed priore loco *οἰνοποτεῖν* cod.) imitatus est, ut G. Curtio (Grundz. d. gr. Etym.[5] p. 629) et Diltheio l. l. videtur, alteri tertii a. Chr. saeculi parti ad scribendum est.

censentem. Formam enim τᾶδε non librarii cuiusdam arbitrio irrepsisse, sed genuinam tituli scripturam esse ostendunt nomina minime Attica vel Ionica: *Δόρκων* cuius exemplum exstat in inscriptione Argiva CIG 1120 (in Attica CIA III 2. 3130 coniectura tantum est Keilii), *Χαρμύλος* quod nomen occurrit in titulis Coo CIG 2503 (= Cauer del.[2] 158) et Halicarnassio CIG 2656, *Ἀρκαδίων*, Achivi illius Philippi inimici nomen (Athen. l. l. et 6. 249 c, Plut. de cohib. ira 9).

Aeolum vel Doriensem fuisse Arcadionem aliud quoque fortasse accedet argumentum, cum duo alia quae cippis inscripta fuisse dicuntur epigrammata consideraverimus. Pergit enim Athenaeus p. 436 d: *Ἐρασίξενον δέ τινα πεπωκέναι πλεῖστόν φησι τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα·*

οὐ βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς
ἀκρήτου φανερῶς ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.[1])

ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδών, ὥς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. οὗτος δὲ καὶ Χώνη ἐπεκαλεῖτο . . ὥς φησι Πολέμων. Polemonis igitur testimonio utitur Athenaeus in Arcadione et Diotimo. Sed Preller nempe non curans utrum Erasixeni epigramma lapidi quondam inscriptum fuerit necne, id ipsum quod epigramma esset, satis esse duxit ut etiam quae de Erasixeno et Alceta tradit Athenaeus, Polemonis libello de epigrammatis per urbes collectis adiceret. Neque quidquam huic sententiae obstat si Aristi testimonium iam a periegeta memoratum esse iudicaveris. Sed id statuendum non ex lapide a Polemone descriptos esse versus; quod contendit Udalr. de Wilamowitz-Moellendorff Hermes 12, 346 not. inde varias Polemonis et Meleagri scripturas explicari posse ratus; neque vero deterrimus lapidum scrutator, ne dicam Polemo *στηλοκόπας* ΟΥ pro ΤΟΝ, ΦΑΝΕΡΩΣ pro ΠΡΟΠΟΘΕΙΣ(Α) legere poterat. Immo demonstrativum est vel potius irrisorium epigramma ut epitaphium quod in Timocreontem scripsit Simonides, ut epitaphium Philetae, ut multa Alexandrinorum poetarum.[2]) Et quid mirum Polemonem interdum etiam demonstrativa attulisse epigrammata (cf. Athen. p. 699 b et prolegg. § 4)?

Neque hoc igitur inscriptum unquam fuisse existimo neque aliud quod ex eodem periegetae libello tradit Athenaeus p. 442 e: *Πολέμων*

1) Genuinas lectiones exhibet Meleager in Anth. Pal. VII 454, ubi Callimachi nomen (ep. 37 Schn.) praefixum: *τὸν* (a priore manu correctum ex *ου* teste Stadtmüllero) *βαθὺν* et *ἀκρήτου προποθεῖσ'*. *βαρὺν* coniecit O. Schneider, *ᾤχεθ' ἑλοῦσα* Valckenaer. Novit hoc epigramma Thyillus AP. VII 223 . . *ἡ τρὶς ἐφεξῆς* | *εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας.*

2) Cf. inprimis Anth. Pal. VII 329 ubi Myrtas, bibax quaedam mulier, non sub tumulo sed sub cado condita esse fingitur. Non minus irrisoria sunt exempli gr. eiusdem libri 134. 223. 294. 353. 455. 456 alia.

δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων παρατίθεται τόδε τὸ ἐπίγραμμα (app. Did. III 106).

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται· οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοιαύτη καὶ συνάπασα πόλις.[1])

Immo haec epigrammata neque minus Diotimi Alcetaeque ebriositatem exempli causa allata esse puto a Polemone, cum de potatoribus ageret, quam in digressionem ni fallor eo ipso loco delapsus est quo Arcadionis titulum sepulcralem memoravit. Quae si recte disputavi, inscriptionem in particula de Eleis epigrammatis exhibitam esse (*ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων περὶ Ἠλείων λέγων*), Eleum igitur fuisse Arcadionem censendum est.

2. Phigaliae. IV. vel III. saec.

Πυθέα μνῆμα τόδ' ἐστ', ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀνδρός,
ὃς κυλίκων ἔσχεν πλῆθος ἀπειρέσιον
ἀργυρέων χρυσοῦ τε καὶ ἠλέκτροιο φαεινοῦ,
τῶν προτέρων πάντων πλείονα πασάμενος.

Athen. p. 465d: *Πυθέας ὁ Ἀρκὰς ἐκ Φιγαλείας ὃς καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ὤκνησεν ὑποθέσθαι τοῖς οἰκείοις ἐπιγράψαι αὐτοῦ τῷ μνήματι τάδε· Πυθέα — πασάμενος. τοῦτο δ' ἱστορεῖ Ἁρμόδιος ὁ Λεπρεάτης ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Φιγάλειαν νομίμων.*

v. 1. Eadem clausula in epitaphiis 3 et 4 Kaibel. ‖ v. 4. *πασάμενος* Casaubonus; *πασσάμενος* cod. (*πάντων ἀσπασάμενος* Epit.).

---

3. Lacedaemone? —

— — — —

οἳ θάνον οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὐδὲ τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

Teles p. 45, 7 Hense (= Stob. 108, 83): *καὶ ἐπιγράφουσι Λακεδαιμόνιοι· οὔτε τὸ ζῆν — ἐκτελέσαι.* Plut. Pelop. 1: *Λακεδαιμόνιοι καὶ ζῆν ἡδέως καὶ θνήσκειν ἀμφότερα ἀρετῇ παρεῖχον, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπικήδειον·*

1) Quod num lapidi inscriptum fuerit, ipse Hecker dubitavisse videtur, qui in comm. de Anth. I p. 22 haec disserit: „Non magnopere obnitar si quis haec propter argumentum librorum Polemonis ex quibus ducta sunt, ex lapide descripta habere malit, ut ea tantum inscriptionis parte vel particula usus sit Athenaeus qua Eleorum mores notabantur, reliqua omiserit. Et potuit iis in inscriptione non minus aptus esse locus quam his Leonidae versibus AP. VII 654 *Αἰεὶ λῃσταὶ καὶ ἁλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι | Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;*" Quibus verbis si assentiremur, non poterant versus in Eliaco lapide insculpti esse: at Polemo eos in particula quae erat de Eleis memoraverat.

οἵδε, γάρ φησιν, ἔθανον οὐ τὸ — ἐκτελέσαι. Id. consol. ad Apollon. 15: *γενναῖον δὲ καὶ τὸ Λακωνικόν· „νῦν ἄμμες — ἐποψόμεθα" καὶ πάλιν· οἳ θάνον — ἐκτελέσαι.*

v. 1. *οἳ θάνον* Plut. cons., *οἵδε ἔθανον* Plut. Pel.; apud Teletem versus incipit ab *οὔτε* (sic) *τὸ ζῆν κτλ.*; *οἵδ'* (non *οἳ δ'* quod Bergk PL. III[4] 516 et inde Hense exhibent) *ἔθανον τὸ ζῆν θ. κ. οὔτε τὸ θν.* Schneidewin Simon. rell. p. 149, ut ad *τὸ ζῆν* alterum *οὔτε* subaudiatur coll. Pind. Pyth. 3. 30; *ζῶμεν δ' οὐ τὸ ζῆν κτλ.* Goettling ges. Abh. I 320 | *οὐδὲ*] *οὔτε* Tel., Schneidew. ‖ v. 2. *τοσαῦτα κατ' ἀμφότερα* Plut. Pel. cod. P, *τὸ ταῦτα κατ' ἀμφότερα* eiusdem Mi.

Periit exordium pulchri epitaphii, quod ante Teletem i. e. ante tertium a. Chr. saeculum confectum est. Bergk l. l. Simonidi tribuit id quod non magis certum est quam Goettlingi coniectura Tyrtaei Eunomiae versus esse censentis.

---

4. Corinthi. V. saec. [Simonidis (98 Bgk.)]

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, ὃν διὰ πᾶσα
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Plut. mal. Herod. 39: *Αὐτός γε μὴν ὁ Ἀδείμαντος, ᾧ πλεῖστα λοιδορούμενος Ἡρόδοτος διατελεῖ καὶ λέγων μοῦνον ἀπαίρειν τῶν στρατηγῶν, ὡς φευξόμενον ἀπ' Ἀρτεμισίου καὶ μὴ περιμενοῦντα, σκόπει τίνα δόξαν εἶχεν· οὗτος — στέφανον· οὔτε γὰρ τελευτήσαντι τοιαύτην εἰκὸς ἦν ἀνδρὶ δειλῷ καὶ προδότῃ γενέσθαι τιμήν...* [Dio Chrys.] Corinth. p. 109 R. (298 Dind.): *ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδῃ εἰς αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐξαίρετον· οὗτος κτλ.* Anth. Pal. VII 347: *εἰς Ἀδείμαντον τὸν ὑπατικόν* Lm[e]. Epitheton ineptum pertinebat fortasse ad codicis epigramma praecedens. Poetae nomen non exstat.[1])

Imitatur peplographus 13: *Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος, ὃν διὰ πολλὰ | Ἕλληνες πολέμῳ Τρωικῷ εὐτύχεσαν.* — v. 1. *κείνου* om. Plut. | *οὗ διὰ βουλὰς* (*βουλᾶς* Anth.) Dio Anth.; *ὃν διὰ πᾶσα* Plut., cuius lectionem genuinam esse pepli imitatio ostendit. ‖ v. 2. *ἐλευθερίης* Anth.

Adimanti, Corinthiorum in bellis Persicis ducis, epitaphium quominus genuinum i. e. post ipsam mortem sepulcro incisum censeamus, neque *οὗτος* pronomen offendit (v. proleg. § 12) neque immodica imperatoris laus quae Herodoti historiis adversatur. Nam historicus ille qui Atheniensium calumniis nimiam fidem habens Corinthios ex pugna Salaminia fugisse narrat, ipse concedit (8. 94) ceteros Graecos huic narrationi non assentiri, sed Corinthios inter primos illius pugnae fuisse contendere. Atque hoc veritati propius accedere omnes

1) Lemma *σιμωνίδου τοῦ κήου* a C scriptum Stadtmüller Iacobsio, qui dubitaverat, obloquens ad Anth. ep. 348 (= n. 253) pertinere contendit.

hodie viri docti consentiunt (v. Wecklein Tradition der Perserkr. Sber. d. Münch. Ak. 1876 I p. 302 sq. et p. 252, Busolt gr. Gesch. II p. 176, 1) neque mirum si Corinthii in titulo sepulcrali, ubi pleniore ore defuncti gloriam bellicam laudare solebant antiqui[1]), hoc Adimanti meritum in maius extollebant. Meminerimus modo illius in Isthmo concilii ubi omnes Graeciae duces primas sibi quisque, secundas Themistocli detulisse dicuntur. Mihi igitur haec magniloquentia nequaquam offendere videtur, praesertim cum Adimantum verisimile sit Themistocle iam in exilium acto summaque ignominia affecto mortuum esse. Consentio itaque cum Bergkio qui antiquum et genuinum esse epigramma existimat.

Simonidi poetae tribuit Ps. Dio, abrogant Junghahn (de Sim. Cei ep. p. 17) et Kaibel (Rh. M. 28, 445) quibus assentior, non quo omnes eorum criminationes probem, sed quod his annis Simonides in Sicilia degebat et quod *οὗτος* pronomen etsi non ab illa aetate, tamen a Simonide alienum esse videtur.

5. In Isthmo. V. saec. [Simonidis (97 Bgk.)]

Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἔπι ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
  ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι
[δουλοσύνης· Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὶ πήματα πάντα
  ἥψαμεν ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης.
ὀστέα δ' ἦμιν ἔχει Σαλαμίς· πατρὶς δὲ Κόρινθος
  ἀντ' εὐεργεσίης μνῆμ' ἐπέθηκε τόδε.]

Plut. de Herod. mal. 39: *τὸ δ' ἐν Ἰσθμῷ κενοτάφιον ἐπιγραφὴν ἔχει ταύτην· ἀκμᾶς — ῥυσάμενοι.* Anth. Pal. VII 250: *Σιμωνίδου* C m^c *εἰς τοὺς αὐτούς* i. e. qui ad Thermopylas cecidere, L m^c (quod lemma perversum est): *Ἀκμᾶς — ῥυσάμενοι.* Anth. Plan. *εἰς τοὺς αὐτούς· ἀκμᾶς — ῥυσάμενοι.* (Inde cod. Matr. 24 f. 103, p. 91 Iriarte.) Schol. ad Aristid. 13. 126 (p. 136 Dind., 52 Frommel): *παραδείγματος] ὅτι δεῖ βαρβάρων καταφρονεῖν· ἀκμᾶς — ῥυσάμενοι* quibus subiunguntur versus n. 274 fortuito casu conglutinati (v. illic). Aristid. 49. 380 (II 512 Dind.): *ἕτεροι δ' αὖ λέγουσι· ἀκμᾶς — τόδε.*

v. 1. *ἀκμῆς* Aristid. | *ἑστηκυῖαν* Aristid. Plan. | *ἐπὶ* omnes editt., correxi. || v. 2. *αὐτῶν* schol. Arist. et Anth. Pal. A^{ac}, *αὑτῶν* eiusdem C Aristid. Plut., *ἡμῶν* Plan. || v. 3 et v. 4. *δουλοσύνας* et *ναυμαχίας* Aristidis codd. praeter Θ v. 5. *ἧμιν* codd., correxi; *ἄμμιν* Brunck, *ἅμιν* Bergk.

Corinthiorum, qui in pugna Salaminia ceciderunt, ossa condita

1) Cf. A Bauer Themistokles p. 10 et Hanow Athener u. Lacedaemonier in den Perserkriegen 1885 p. 1.

sunt in ipsa insula Salamine: cuius tumuli inscriptiones v. infra n. 6; sed eisdem cenotaphium quoque erectum est in Isthmo. Cui tria disticha inscripta tradit Aristides, unum reliqui. Atque hoc solum distichum non integrum esse titulum inde elucet quod inanem esse tumulum eo non docemur et quod *κείμεθα* absolute ponitur sine loci notitia. Illud quidem legimus in quattuor versibus, qui apud Aristidem primo disticho subiunguntur, sed loci notitia sine qua verbum *κεῖσθαι* in epitaphiis non legitur, etiam in illis desideratur. Adde epicam dialectum[1]) et inanem verborum loquacitatem et quaesitam annominationem (*πήματα — μνήματα*) illa aetate indignam: tum facile Schneidewino aliisque assentieris duo posteriora disticha subditicia esse. Cum igitur apud nullum scriptorem totum exstet elogium, sed omnes unum exhibeant distichum, quod cur adulterinum censeamus nulla omnino est causa, colligimus inde ex eodem vetere historico — sive fuit Ephorus sive alius quis — ex quo Plutarchus et Meleager[2]) hauserunt, hausisse etiam auctorem Aristidis, qui partem esse tantum tituli recte videns duobus distichis de suo additis supplebat. Qui melius supplevisset:

Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἔπι ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι
νάσῳ ἐν ἀγχιάλῳ Σαλαμινίᾳ· ἁ δὲ Κόρινθος
ἅμμιν τᾶς ἀρετᾶς μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

---

6. Salamine. V. saec. [Simonidis (96 Bgk.)]

a) Ὦ ξένε, εὔυδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου,
νῦν δ' ἄμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.

b) Ἐνθάδε Φοινίσσας νῆας καὶ Πέρσας ἑλόντες
καὶ Μήδους ἱερὰν Ἑλλάδα ῥυσάμεθα.

Plut. de Her. mal. 39: *Ἐν δὲ Σαλαμῖνι παρὰ τὴν πόλιν ἔδωκαν αὐτοῖς* (sc. *τοῖς Κορινθίοις οἱ Ἀθηναῖοι*) *θάψαι τε τοὺς ἀποθανόντας ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους, καὶ ἐπιγράψαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον· ὦ ξένε — ῥυσάμεθα.* Ps. Dio Chr. 37 p. 109 R.: *Ἡροδότῳ γὰρ οὐ προσέχω, ἀλλὰ τῷ τάφῳ καὶ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπέγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν Κορινθίων τεθαμμένοις ἐν Σαλαμῖνι· ὦ ξένε — ῥυσάμεθα.*

v. 1. *ξένε* Plut., plerique Dion. codd., *ξεῖν'* cod. M(eermann.) Dionis et Schneidew. Bgk.: illud in carmine Corinthiaco verisimilius. | Cougny confert Liv. 45. 28. 2 qui Corintho urbi tribuit epitheton „fontibus scatens". Male igitur

1) Neque enim Doridem restituere possis, cum non liceat annominationem *πήματα μνήματα* tollere.

2) A Meleagro pendent Codex Palatinus Anth. et Planudes et Scholiasta Aristidis Palatini consimili anthologio usus; v. Hiller Philol. 48, 230.

Schneidewin *εὔανδρον* coniecit. ‖ v. 2. *νῦν δὲ μετ' Αἴαντος* Dio, *νῦν δὲ ἀνάματος* Plut.; *νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντος* Valckenaer; quae recepi, Bergk ‖ v. 3. *ῥεῖα δὲ* Dio; *πρῶτα δὲ* Bgk. | *νῆας* Plut. et Dion. cod. B (Parisin.); *ναῦς* Dion. rell. unde Casaubon. in fine versus *ἀνελόντες* vel *καθελόντες*, Selden *ἐλάσαντες* | *καὶ ναύτας ἑλόντες* coni. Bgk, *κατὰ κάρτος ἑλ.* Stadtmüller ‖ v. 4. *ῥυόμεθα* Plut., *ἱδρυσάμεθα* Dio; *ῥυσάμεθα* Iacobs; (*Ἑλλάδ'*) *ἐρυσάμεθα* Reiske.

Auctor libelli de Herodoti malignitate locupletissimis nisus auctoribus (etenim iisdem usus esse censendus est, quibus in eis quae de Corinthiis ad Salamina pugnantibus contra Herodotum verissime (cf. Wecklein Sb. d. b. Ak. 1876 I p. 302 sq.) disseruit) hoc epigramma incisum esse ait sepulcro quod Corinthiis in pugna Salaminia mortuis prope oppidum Salamina exstructum erat. De auctore nihil ille; Simonidem esse contendit Corinthiacae orationis quae inter Dioneas legitur auctor, quem nomen et hic et ad ep. n. 4 de suo addidisse recte censet Kaibel Rh. M. 28, 442. Neque autem is satis habet Ceo poetae carmen abrogare, sed etiam antiquum esse negat, quod verborum et rerum sordibus plenum sit. Sed *Πέρσαι* simul et *Μῆδοι* commemorantur etiam ab aliis scriptoribus (Herod. 8. 89 quem locum attulit Bgk.); *Πέρσας* porro trochaeus minime offendit in carmine dorico, immo offenderet spondeus (cf. G. Meyer gr. Gr.[2] § 364); quodque duo disticha non cohaerere dicit, id certe concedo, sed non mirum; saepius enim duo vel plura exstant epigrammata in eodem lapide cf. prolegg. § 10.

---

7. Athenis. V. saec. [Simonidis (104 Bgk.)]

— — —

ἀμφί τε Βυζάντειον ὅσοι θάνον, ἰχθυόεσσαν
ῥυόμενοι χώραν ἄνδρες ἀρηίθοοι.

Aristid. 49. 380 (II p. 511 Ddf.): *Ἀρά σοι καὶ τὰ τοιάδε δόξει ἀλαζονεία τις εἶναι· Ἑλλήνων κτλ.* (n. 199) *καὶ Ἀμφί — ἀρηίθοοι; καὶ πάντα ἐκεῖνα καλλίω τῶν σῶν οἶμαι λόγων ἐπιγράμματα.*

v. 1. *Βυζάντιον* codd., *Βυζάντειον* Scaliger; eadem forma exstat in nomine oppidi Indiae Ptol. 7. 1. 7; cf. etiam Steph. Byz. s. v. *Βυζάντιον· ἔστι καὶ ἐπὶ τῆς χώρας Βυζάντεια διὰ διφθόγγου*, unde Bergk *Βυζάντειαν* in epigrammate scripsit. Sed malim oppidum nominari in epigrammate quam terram. ‖ *θάνατον* codd.; corr. Scaliger.

Distichon est Atheniensium — id quod ex Aristidis verbis sequitur (p. 512 vide ad ep. n. 72) — tituli sepulcralis fragmentum, cuius exordium non iam exstat. Erat autem scriptum hoc fere: hic iacent ei qui hoc vel illo proelio ceciderunt et ei qui ad Byzantium mortui sunt. Utrum autem epigramma ad Pausaniae expugnationem Byzantii, cui triginta Atheniensium triremes intererant, pertineat

an ad olympiadis LXXVII annum tertium (470), quo anno Cimon Pausaniae urbem eripuit, diiudicari nequit. Duncker ad hanc obsessionem carmen revocavit (Gesch. d. Altert. VIII 144). — Auctorem nescimus, cf. Hiller Philol. 48 p. 232 sqq.

---

8. Athenis. — [Simonidis (100 Bgk.)]

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,
ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη·
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίαν περιθεῖναι
κείμεθ' ἀγηράτῳ χρώμενοι εὐλογίᾳ.

Anth. Pal. VII 253 *εἰς τοὺς αὐτούς* (i. e. *τοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας*) A m[c]; *Σιμωνίδου* C m[e]: *εἰ — εὐλογίᾳ.* Anth. Plan. *εἰς τοὺς αὐτούς. εἰ — εὐλογίῃ.* (Inde cod. Matr. 24 f. 103, p. 91 Iriarte.) Schol. ad Aristid. 13. 132 (Dind. III 154, Frommel 58 et 357): *ἐπίγραμμα εἰς τοὺς ἐν ταῖς Πύλαις ἀποθανόντας* [*τριακοσίους* addunt C[1]) et B; pro '*ἐπίγραμμα*' dat *Σιμωνίδης* D et A, *Σιμωνίδου στίχοι* B]: *εἰ — εὐλογίᾳ.* Omnes hi auctores ex consimili vetere anthologio hauserunt, cf. Hiller Philol. 48, 229 sq.

v. 1. *ἀρετῆς* Anth. Pal. *α* suprascr. C ‖ v. 2. *ἐκ πάντων τοῦθ' ἡμῖν* Aristid. schol. C et B ‖ v. 3. *σπεύσαντες* eiusdem D; cf. Simon. ep. 107 '*Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν* | *ἱέμενοι κτλ.* | *ἐλευθερίην* ACB | *παραθεῖναι* BD ‖ v. 4. *ἀκηράτῳ* C et B | *εὐλογίῃ* Anth. Pal. et Plan.

Imitatus est hoc epitaphium auctor tituli medio tertio saeculo non recentioris, qui nuper inventus est Athenis (U. Köhler Mitt. d. ath. Inst. X 403 = CIA II 3. 2724):

Εἰ τὸ καλῶς ἐστι θανεῖν κἀμοὶ τοῦτ' ἀπένειμε τύχη
οὐδὲ φάος λεύσσων ὅ γε δαίμοσιν ἦν ἀγέραστος κτλ.

Inde colligo non demonstrative illud scriptum esse, quod putant Schneidewin et Junghahn de Sim. epigr. 31 alii, neque recte tradere auctores ad trecentos illos qui ad Thermopylas ceciderunt, tendere epigramma: maxime enim sublesta in eiusmodi rebus lemmatum fides (cf. n. 5). Immo fuisse videtur titulus sepulcralis militum Atheniensium nescio quo proelio mortuorum et insculptum in cippo Ceramici. Inde noverat pessimus poeta.

Simonidis autem nomen cum nitatur fide Correctoris et Aristidis scholiastae, non magnam habet probabilitatem.

---

1) Dindorfii codices sunt ABCD quorum A et B eidem sunt atque Frommeli A et B Parisini, C idem ac (Monac.) bombyc. Frommeli, D idem atque eiusdem apograph. Monac. (cod. gr. Monac. 123): quae adnotare omisit Dindorf.

9. Athenis. V. saec. Euripidis.

Οἵδε Cυρακοcίουc ὀκτὼ νίκαc ἐκράτηcαν
ἄνδρεc, ὅτ᾽ ἦν τὰ θεῶν ἐξ ἴcου ἀμφοτέροιc.

— — —

Plut. vit. Nic. 17: *ὁ μὲν γὰρ Εὐριπίδης μετὰ τὴν ἧτταν αὐτῶν καὶ τὸν ὄλεθρον γράφων ἐπικήδειον ἐποίησεν· οἵδε κτλ.*

v. 1. *ἐνίκησαν* C; cf. ad constr. Aeschin. 3. 181 *ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην νικήσας τοὺς βαρβάρους.*

Exordium tituli sepulcralis cippo Atheniensium, qui in Sicilia ceciderant, in ceramico insculpti, cf. Paus. 1. 29. 11. *Ἐπικήδειον* enim etiam epigramma sepulcrale significare posse confirmavit Hecker[2] 53 altero Plutarchi loco allato de anim. procr. c. 33, adde Pelopid. 1. Atque quominus carminis elegiaci fragmentum cum Flachio Gesch. d. gr. Lyrik 450 iudicemus, impedit pronomen *οἵδε.*

---

10. Athenis. IV. saec. (357).

Πάτρα Μίλητοc τίκτει Μούcαιcι ποθεινόν
Τιμόθεον κιθάραc δεξιὸν ἡνίοχον.

— — —

Steph. Byz. s. v. *Μίλητος· ... ἐπιγέγραπται δὲ αὐτῷ τόδε· Πάτρα κτλ.* Eustath. Il. p. 313, 11: *τῷ κιθαρῳδῷ Τιμοθέῳ, εἰς ὃν ἐπίγραμμα τοιοῦτον· Πάτρα κτλ.* Id. comm. in Dion. perieg. p. 362 ed. Müller (in Geogr. gr. m.): *Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδός, εἰς ὃν ἐπίγραμμα φέρεται τόδε· Πάτρα κτλ.*

v. 1. cf. Kaib. 481a (Rh. M. 34); *πάτρα Μίλητος ἔτικτε τὸν ἐν Μούσαισι ποθεινόν* Iacobs animadv. 12. 169 ‖ v. 2. cf. K. 498, 2 *παντοίης ἀρετῆς ἔξοχος ἡνίοχος* et multa alia apud scriptores.

Timotheum illum citharoedum qui magnam vitae partem Athenis degebat, etiam Athenis esse sepultum docent atticae epitaphii formae.

11. 12. Athenis. IV. saec. (348).

[Simiae.]

Cωφροcύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ
ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖοc Ἀριcτοκλέηc·
εἰ δέ τιc ἐκ πάντων cοφίαc μέγαν ἔcχεν ἔπαινον,
οὗτοc ἔχει πλεῖcτον καὶ φθόνοc οὐχ ἕπεται.

Speusippi.

Cῶμα μὲν ἐν κόλποιc κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνοc,
ψυχὴ δ᾽ ἰcοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

11. Laert. Diog. 3. 43: ἐπεγράφη δ' αὐτοῦ (i. e. Πλάτωνος) τῷ τάφῳ ἐπιγράμματα τάδε· πρῶτον· σωφροσύνῃ — ἕπεται· ἕτερον δὲ·

Γαῖα μὲν ἐν κόλπῳ κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων·
υἱοῦ Ἀρίστωνος τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς θεῖον ἰδόντα βίον.[1])

καὶ ἄλλο νεώτερον· αἰετέ κτλ. (v. n. 263). Anth. Pal. VII 60: εἰς Πλάτωνα A m[e]; τὸν φιλόcοφον· Σιμμίου C (priora in ras.; τον αρ? L[ar]): σωφροσύνῃ — ἕπεται. Anth. Plan. εἰς Πλάτωνα· σωφρ. κτλ.

12. Anth. Plan. 31 Iac. (aut. app.): Σπευσίππου· σῶμα — μακάρων. Syll. Euph. 56: ἐπιτύμβιον εἰς Πλάτωνα· σῶμα — μακάρων.

11 et 12. Honaini vita Platon. ed. Röper in lectt. Abulph. II p. 13: Sepulcro ipsius hoc epitaphium fuit exsculptum: *Hic iacet vir divinus, qui omnes temperantia et morum integritate superaverit. Quicumque sapientiam prae ceteris rebus laudaverit, hunc maxime laudet utpote in quo maxima eiusdem pars fuit.* Ex altera tumuli parte legebantur haec: *Humi Platonis corpus solum iacet; illius vero anima mortis exsors immortalium adscripta est numero.*

11. **v. 1.** δικαίων Pal. A quod corr. C[pr] ‖ **v. 2.** ἐνθάδε δὴ κεῖται δῖος Laert. P et F, ἐνθάδε δὴ κεῖται θεῖος eiusdem B ‖ **v. 3.** ἐκ πάντων] cf. ep. n. 8 et Eurip. epit. n. 259 | σοφίης auctores; correxi ‖ **v. 4.** οὗτος Anth. Pal. et Plan., τοῦτον Laert., τούτον Honaini auctorem legisse et ἔπαινον ἔχειν active = ἐπαινεῖν intellexisse adnotat Osann. | πουλὺν καὶ φθόνον οὐ φέρεται Anth. Pal. et Plan.; clausula φθόνος οὐχ ἕπεται etiam ep. n. 158.

12. **v. 1.** Ex vetustiore epitaphio desumpsit versum Speusippus v. Kaib. 56. | κόλπῳ Euph. ‖ **v. 2.** ἰσοθέων] ω ex ο corr. Plan.; ἰσόθεος coni. Bgk PL. II[4] 329 secundum Hesychii glossam ἰσόθεος ψυχὴ ἀθάνατος.

Laertii Diogenis testimonium de epigrammatis Platonis sepulcro inscriptis optime suppletur et corrigitur iis quae eruit feliciter et protulit Osann (Beiträge zur griech. und röm. Literaturgesch. I 307 sq.) ex Bar Hebraei vel Abulpharagii chronico Syriaco (ed. Kirsch p. 38). Dedi autem in testimoniis non huius historici verba, sed Honaini nono p. Chr. saeculo florentis ex quo Gemaleddinum et inde rursus Bar Hebraeum hausisse demonstravit Roeper in lectionibus Abulpharagianis I 11 et II 3 sqq. Etsi enim non accurate versus redditi sunt — quod non mirum si consideramus bis eos in aliam linguam conversos esse — id certe ex eis colligere possumus non tria quod contendit Laertius, sed duo epigrammata cippo inscripta fuisse quorum posterius ex uno disticho constitit. Huius autem genuinam for-

1) Inde Anth. Pal. VII 61 et Plan., cod. ap. Miller. bibl. Scor. p. 491 et cod. Monac. 113 et 161 f. 204. — **v. 1.** κόλποις Plan. et Anth. ‖ **v. 2.** ἀθάνατον Laertii B, Anth. Pal. C (ἀθανάτων A[ar]) et Plan., **v. 4.** θεῖον ἰδὼν βίοτον Bergk PL. II[4] 330.

mam exstare in Planudea 31 et inde Laertium expressisse versus quos secundo loco affert recte statuit Osann. Hausit autem Honainus sine dubio ex Porphyrii historiae philosophiae libro quarto quem Syriace exstitisse compertum habemus.

Epigramma tetrastichon citra probabilitatem Simmiae sive philosopho sive epigrammatographo adscribitur in Anthologia et recte Correctori hoc loco credi vetat Bergk II[4] 314. In altero autem titulo magnam veritatis speciem habet Planudis testimonium qui Speusippo Platonis in academia successori tribuit. Ceterum harum duarum inscriptionum non tetrastichon, sed Speusippi distichon quod auctores secundo loco ponunt, legitimus titulus fuisse i. e. in latere adverso insculptum esse mihi videtur.

---

13. Athenis. IV. saec.

Ἧδε χθὼν κόλποιϲι Φαϲηλίτην Θεοδέκτην
  κρύπτει, ὃν ηὔξηϲαν Μοῦϲαι Ὀλυμπιάδεϲ . . . .
ἐν δὲ χορῶν ⟨τραγικῶν⟩ ἱεραῖϲ τριϲὶ καὶ δέχ᾽ ἁμίλλαιϲ
  ὀκτὼ ἀγηράτουϲ ἀμφεθέμην ϲτεφάνουϲ.

Steph. Byz. s. v. *Φασηλίς·* (*Θεοδέκτης*) . . . *ἀπέθανε δ᾽ Ἀθήνησι καὶ ἐπιγέγραπται δὲ αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε· Ἧδε — στεφάνους.*

Post **v. 2** lacunae signum fortasse recte posuit Meineke; possis conicere excidisse versus quibus monumentum a patre exstructum esse scriptum erat, cf. Suidas s. v. *Θεοδέκτης· τελευτᾷ . . ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος* ‖ **v. 3.** *ἐν δὲ χθὼν ἱεραῖς τρίς* R, *ἐν δὲ χθὼν ἱεραῖς τρεῖς* A, *ἐν δὲ χθὼν τρεῖς* V; *αὐτὰρ ἐπὶ χθονὸς ὢν ἱεραῖς τρισὶ* Ruhnken in not. ad Tim. lex. p. 11, *αὐτὰρ ἐπὶ χθόν᾽ ἐὼν κτλ.* Pined. (Wagner tr. fr. p. 113); quae ego Meinekio praeeunte in textum recepi, Tyrwhitto debentur; *χορῶν ⟨ἱερῶν⟩ ἱεραῖς* Er. Preuner. | *δέκα* codd., quod lapis fort. exhibuit. | *τρισὶ καὶ δέκα*] nempe *τετραλογίαις* = *νβ΄ δράμασι* cf. Suidas s. v. *Θεοδέκτης: . . δράματα δ᾽ ἐδίδαξε ν΄.* ‖ **v. 4.** *ἀκηράτους* codd., *ἀγηράντους* Ruhnken, *ἀγηράτους* scripsi, de qua forma unice genuina cf. Ritschl Act. soc. Lips. II 447 sq. | Eadem clausula in n. 4; fort. *ἀμφέθετο* vel *ἀμφέθεσαν·* sed potest codicum lectio defendi epigrammate 938 Kaib., Anth. Pal. XIII 16 (= Löwy 99), aliis, ubi item personae mutantur.

Monumentum Theodectis tragici Ps.-Plutarcho vit. Isocr. 44 West. et Pausania 1. 37. 4 auctoribus in via sacra non procul a Cyamitae herois aediculo exstructum erat.

14. Athenis. III. saec. Antagorae.

Μνήματι τῷδε Κράτητα θεουδέα καὶ Πολέμωνα
  ἔννεπε κρύπτεϲθαι, ξεῖνε, παρερχόμενοϲ·

ἄνδρας ὁμοφροσύνῃ μεγαλήτορας, ὧν ἀπὸ μῦθος
ἱερὸς ἤϊσσεν δαιμονίου στόματος.
καὶ βίοτος καθαρὸς σοφίας ἐπὶ θεῖον ἐκόσμει
αἰῶν' ἀτρέπτοις δόγμασι πειθόμενος.

Laert. Diog. 4. 21: *Καὶ οὕτως ἀλλήλω ἐφιλείτην* (sc. Crates et Polemo) *ὥστε . . . θανόντε τῆς αὐτῆς ταφῆς ἐκοινωνείτην. ὅθεν Ἀνταγόρας εἰς ἄμφω τοῦτον ἐποίησε τὸν τρόπον· μνήματι κτλ.* Anth. Pal. VII 103 (ex Laertii vitis v. Weishäupl p. 35): *εἰς Πολέμωνα καὶ Κράτητα* Am[e]; *τοὺς φιλοσόφους*: [*ὅτι ὁ Κράτης ἔγημεν Ἱππαρχίαν τὴν φιλόσοφον*] Lm[e]. Verba seclusa nihil faciunt ad hoc epigramma.

v. 1 et 2 om. Anth. ‖ v. 2. cf. Kaib. 199, 3 *πατρίδα φράζεν* (*ὁδοίπορε*) *Σέλγην* ‖ v. 3. *ὃν ἀπὸ* Laert. F | *ἀπὸ* Anth.: ʹ C, ʼ A ‖ v. 4. *ἤεισεν* Anth. Pal. *ν* et accentu additis a C, *ἤισεν* Laert. B, *ἤισε* eiusdem P, *ν* add. P², *ἤϊσε* F; *ἤισσεν* Iacobs, *ἤιξεν* Casaubon., *μῦθοι ἱεροὶ ἤεισαν* Tan. Faber. ‖ v. 5. Non recte Iacobs iunxit *βίοτος σοφίας* et *ἐπεκόσμει θεῖον αἰῶνα* (sc. *αὐτῶν*); immo sic vertendum: sincera et integra vita exornabat eos ad deorum sapientiae vitam i. e. ad deorum vitam quae est sapientia. cf. quae apud Laertium subsequuntur: *Ἔνθεν καὶ Ἀρκεσίλαον . . πρὸς αὐτοὺς λέγειν, ὡς εἶεν θεοί τινες ἢ λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους.* ‖ v. 6. *αἰῶν' ἀστρεπτοῖς* Anth. A[ar], *αἰῶνα στρεπτοῖς* eiusdem C et Laert. P et F, *αἰῶνα τρεπτοῖς* eiusdem B; Iacobs haesitavit inter *ἀστρέπτοις* et *ἀτρέπτοις*: hoc cum Meinekio (del. ep.) recepi; *ἄστρεπτος* enim „rigidum“ significare posse non videtur. Idem vocabulum *ἄτρεπτος* paulo ante occurrit apud Laertium 4. 17 de severis Polemonis moribus loquentem.

Epigramma ni fallor sepulcro in quo Cratetis et Polemonis reliquiae iacebant insculptum erat. Antagorae anni bene quadrant ad eam aetatem qua Cratetem Academicum mortuum esse aliis ex rebus concludimus i. e. ad CXXV fere olympiadem.

---

15. Athenis. II. p. C. saec.

Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος, οὗ τάδε πάντα,
κεῖται τῷδε τάφῳ, πάντοθεν εὐδόκιμος.

Philostr. vit. sophist. II 15 (p. 73 K.): (*οἱ Ἀθηναῖοι Ἡρώδην*) *ἔθαψαν ἐν τῷ Παναθηναικῷ ἐπιγράψαντες αὐτῷ βραχὺ καὶ πολὺ ἐπίγραμμα τόδε· Ἀττικοῦ κτλ.*

v. 1. *οὗ τάδε πάντα*] Kaibel Hermes 15, 459 putat haec verba expressa esse ex Antimachi frgm. 43 Kink. *Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα | πρὸς μακάρων ἔλαχεν.* Imitatus est poeta in app. Plan. XVI 363, 3 *ᾧ τάδε πάντα | ἕσπεται.* Falso comma post hexametrum deletur in Cougnii Appendice II 318.

Herodes Attici f., qui vulgo Atticus audit, ab Atheniensibus anno p. C. n. centesimo septuagesimo septimo publice sepultus est in stadio Panathenaico, quod ipse magnifice exstruxerat. Huc spectant verba *οὗ τάδε πάντα*, cf. Wachsmuth Stadt Athen. I 240 et 694 cum n. 4.

---

16. Athenis. V. p. C. saec. Procli.

Πρόκλος ἐγὼ γενόμην Λύκιος γένος ὃν Συριανός
ἐνθάδ' ἀμοιβὸν ἑῆς θρέψε διδασκαλίης.
ξυνὸς δ' ἀμφοτέρων ὅδε σώματα δέξατο τύμβος,
αἴθε δὲ καὶ ψυχὰς χῶρος ἕεις λελάχοι.

Marini vita Procli 36: (Proclus) *ἐτάφη ἐν τοῖς ἀνατολικωτέροις προαστείοις τῆς πόλεως πρὸς τῷ Λυκαβηττῷ, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ καθηγεμόνος Συριανοῦ κεῖται σῶμα. Ἐκεῖνος γὰρ αὐτῷ τοῦτο παρεκελεύσατο ἔτι περιὼν καὶ τὴν θήκην*[1] *τοῦ μνήματος διπλῆν διὰ τοῦτο ἐργασάμενος . . . ἐπιγέγραπται δὲ τῷ μνήματι καὶ ἐπίγραμμα τετράστιχον, ὃ αὐτὸς* (sc. Proclus) *ἑαυτῷ ἐποίησε τοιοῦτον· Πρόκλος — λελάχοι.* Anth. Pal. VII 341: *εἰς Πρόκλον καὶ Συριανὸν* L m[e] *τοὺς φιλοσόφους* C m[e]. In m[e] adpinxit C ⊛.

v. 1. *Λύκιος γενόμην* Anth. | *γένος* omisit Anth. || v. 4. *ἕης* Marin.

Falso Anthologiae lemmatista Syriani quoque esse epitaphium putat.

17. Eleusine.

Δηιόπης τόδε σῆμα.

[Aristot.] mirab. auscult. 131: *Φασὶν οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι περιεχομένην στήλην πέτραις εὑρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο· Δηιόπης τόδε σῆμα. ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι.*

Hic versus quem se in cippo aeneo invenisse ementiti sunt sacerdotes Athenienses, ideo ab eis effictus effictusque incisus esse videtur, ut Deiopen matrem Triptolemi sibi vindicarent aliisque Graecis veluti Argivis abiudicarent (Pausan. 1. 14. 1 sq.). Cf. epigr. n. 95. — Eadem versus forma occurrit IGA 356 in Aegina *Ἐγδήλου τόδε σᾶμα* et IGA 18 Corinthi *Μανδροπύλου τόδε σᾶμα*; vide Allen Greek versification in inscriptions p. 43.

18. Thebis.

Ὦ Λίνε πᾶσι θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀεῖσαι
ἐν ποδὶ δεξιτερῷ· Μοῦσαι δέ σε θρήνεον αὐταὶ
μυρόμεναι μολπῇσιν, ἐπεὶ λίπες ἡλίου αὐγάς.

Schol. B Il. *Σ* 570: . . *φασὶ δὲ αὐτὸν* (sc. Linum) *ἐν Θήβαις ταφῆναι καὶ τιμηθῆναι θρηνώδεσιν ᾠδαῖς, ἃς λινῳδίας ἐκάλεσαν.* . .

1) De thecis cf. *Κουμανουδης Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. σ. κ'.*

ἐθρηνεῖτο γὰρ οὗτος παρὰ τῶν Μουσῶν οὕτως· Ὦ Λίνε κτλ. Schol. T (= Cram. Anecd. Par. III 289): *φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Θήβαις ταφῆναι καὶ τιμᾶσθαι ὑπὸ ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς. ἐπιγραφή ἐστιν ἐν Θήβαις· ὦ Λίνε κτλ.* Eustath. ad h. l. p. 1163, 59: *ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς· εἰς ὃν καὶ ἐπίγραμμά ἐστι τοιοῦτο· ὦ Λίνε κτλ.* Ex Eustathio hausit Eudocia 277 (p. 456 Flach).

v. 1. *πᾶσι* om. B, *πάντα* Eust. Eud. | *θεοῖς τετιμημένε* B Eud. | *σοὶ γὰρ πρώτῳ μέλος ἔδωκαν ἀθάνατοι ἀνθρώποισιν φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι* B ‖ **v. 2.** *πρῶτοι* T | *ἀείδειν* Eust. Eud. ‖ **v. 3** et **4** om. B, qui eorum loco exhibet: *Φοῖβος δέ σε κότῳ ἀναιρεῖ, Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσιν.* Propter hanc varietatem Lehmann (de Hesiodi carm. perdit. p. 21), Welcker Kl. Schr. I p. 40 not., Bergk PL. III[4] p. 654 (carm. pop. 2) diversum carmen putabant a codice B tradi; sed Maass Hermes 23 p. 303 sqq. demonstravit suo tantum arbitrio scholiastam mutasse: ex verbis enim quae epigramma antecedunt, sequi eius fontem ab ceterorum non diversum esse. ‖ **v. 3.** *ἐν ποδὶ δεξιτερῷ*] i. e. apto numero; nisi cum Menradio conicere mavis excidisse versum huiuscemodi: *ἀλλά σε Φοῖβος ἀνεῖλε κότῳ· βάλε γάρ σε τυχήσας ἐν ποδὶ κτλ.* | *δέ σ' ἐθρήνεον* Brunck et Iacobs ‖ **v. 4.** *ἠελίου* T.

Secundum Townleiani codicis testimonium hi versus Thebis in sepulcro Lini aut alio loco erant insculpti, cf. Paus. 9. 29. 8: *Θηβαῖοι δὲ λέγουσι παρὰ σφίσι ταφῆναι τὸν Λίνον. καὶ ὡς μετὰ τὸ πταῖσμα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ τὸ Ἑλληνικὸν Φίλιππος . . τὰ ὀστᾶ ἀνελόμενος τοῦ Λίνου κομίσειεν ἐς Μακεδονίαν. ἐκεῖνον μὲν δὴ αὖθις . . . τοῦ Λίνου τὰ ὀστᾶ ἐς Θήβας ἀποστεῖλαι, τὰ δὲ ἐπιθήματα τοῦ τάφου καὶ ὅσα σημεῖα ἄλλα ἦν, ἀνὰ χρόνον φασὶν ἀφανισθῆναι.* — Sed duo quae in eodem Townleiano subsequuntur epitaphia et tertium, quod Laertius tradit, demonstrativa esse videntur, v. n. 239. 240. 248.

---

19. Orchomeni. III. fere saec. Mnasalcae?

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήιος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Tzetz. vita Hesiodi p. 49 West. = Aristot. frgm. 565 R[3]: *Ὀρχομένιοι ὕστερον κατὰ χρησμὸν ἐνεγκόντες τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ θάπτουσιν ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπέγραψαν τάδε· Ἄσκρα κτλ.* Item Certamen p. 42 West. Pausan. 9. 38. 4: *Καὶ Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται· Ἄσκρα κτλ.* ibid. 10: *τούτου δὲ τοῦ Χερσίου καὶ ἐπίγραμμα οἱ Ὀρχομένιοι τὸ ἐπὶ τῷ Ἡσιόδου τάφῳ μνημονεύουσιν* (Chersias fr. p. 207 Kinkel). Anth. Palat. VII 54: *εἰς τὸν αὐτόν* A; *Μνασάλκου* C. Planud. *εἰς αὐτόν·* sine auctoris nomine.

v. 1. Ἄσκρα Mon. 158 [1]), κρῆ Mon. 334 | πολλάϊος Paus. cod. MVa | ἀλλὰ] ἀ in extrema linea Mon. 334 || v. 2. ὀστέα om. Mon. 334 | πληξίππων γῆ Μινυάς Certam. et qui eodem versu usus est peplographus 19 R., πληξίππου γῆ μινύης Tzetzae codd. V P Mon. 158 Neap. (μημνύης Mon. 334), πλήξιππος γῆ Μινυάς Rzach. cf. Kaibel 183 Ἀμφιλόχων γαῖα θρασυπτολέμων. || v. 3. Alterum distichon praeponit Göttling secutus codicem Vat. Tzetzae. | πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν Tzetz. (nisi quod Mon. 334 πλείστον exhibet et ἐστίν omittit) Certam. Pl. Anth. (quae ἀνθρώποισι), qua Pausaniae lectio mirum quantum praestat. || v. 4. βασάνοις Tzetz. | σοφίας Pausaniae MVb. Lab. Ag.

Hoc epigramma sepulcro Hesiodi ab Orchomeniis inscriptum neque factum est post ipsam poetae sepulturam neque Chersiae temporibus, cui utpote Orchomenio versus a civibus adscripti sunt, sed multo post eius aetatem. Atque Mnasalcae tertio saeculo florenti tribuitur ab Anthologiae Correctore. Leve quidem eius est testimonium, sed hic probabilitate non caret cum inter epigrammata huius poetae multae inscriptiones sint. At ut falsum sit lemma, certe versus scripti sunt antequam secundo fere saeculo peplo Aristotelio epitaphia heroum inserta sunt, quorum auctor suo more Hesiodei tituli versum secundum furatus ipsius epigrammati intexuit. Est autem hoc (n. 19 R.):

Ἀσκαλάφου Τροίῃ φθιμένου καὶ Ἰαλμένου ἥδε
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυὰς κατέχει. [2])

20. Ad Thermopylas. V. saec. Simonidis (94 Bgk.).

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδὼς
οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.
⟨Σιμωνίδης⟩

Herod. 7. 228 postquam n. 200 et n. 21 attulit, sic pergit: *Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο· τῷ δὲ μάντι τόδε· μνῆμα — προλιπεῖν. Ἐπιγράμμασι μέν νυν καὶ στήλῃσι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτύονές εἰσί σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας.* Anth. Pal. VII 677: *ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου* C [3]); *εἰς τὸν τάφον Μεγιστ⟨ί⟩εω[ς] τοῦ μάντεως τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀναιρεθέντος* Lm^c.

1) Monacensis 158 et 334 et Neapolitani gr. II F 9 lectiones Carolo Sittl professori Virceburgensi debeo.

2) Non respexi in aetate definienda Tzetzam aut Certamen. Neque enim epitaphium in Certaminis parte vetustissima commemoratur, neque certum est utrum Tzetza eius quoque auctorem habeat Aristotelem quem habuit eorum quae paucis ante narrat.

3) „Supra notam a C scriptam (*ἐκ — ἡροδότου*) rasura est; tenuia vestigia;

v. 1. κλειτοῖο Herod. class. β; Holder | μεγίστίον Anth., ίον C, μεγίστεον A^{ar} || v. 4. ἡγεμόνα Stein.

Herodotus postquam titulos eorum qui ad Thermopylas cecidere (n. 200. 21. 20), exscripsit, paucis disserit quis singula monumenta erexerit. Cuius loci (v. testimonia) interpretatio cum dubia sit, breviter quid ego censeam, exponam. Atque Kaibel (Rh. M. 28 p. 438) ex Herodoti verbis confidenter efficit etsi non necessarium, at maxime probabile esse Peloponnesiorum (n. 200) et Lacedaemoniorum (n. 21) epigrammata Simonidem non scripsisse. Cum enim Herodotus poetae nomen ignoraverit, Herodoto autem plus de hac re veteres scire non potuerint, nulla fide dignos esse Ciceronem et codicis Palatini correctorem qui decepti sint parum accurata Herodoti interpretatione. Sed vide ne ipse vir doctissimus parum accurate interpretatus sit verbum ἐπιγράψας, quod meo iudicio necesse est eandem habeat vim quam quibus oppositum est ἐπιγράμμασιν ἐπικοσμεῖν. Quia autem nemo opinor Amphictyones carmina conscripsisse iudicabit neque hoc sibi vult genuina „epigrammatis exornandi“ notio, ne ἐπιγράψας quidem hoc loco „epigramma faciendi“ significationem habere potest neque, quod sciam, apud ullum ante Alexandrum scriptorem eam vim habet. Ergo Simonidem epitaphium Megistiae non tam fecisse quam cippo insculpendum curasse refert Herodotus.[1]) Quod cognitum habuit ni fallor historicus ex inscriptione ipsa; subscriptum enim fuerit versibus amici nomen, quem morem non insolitum fuisse illius saeculi Graecis ex ep. Kaib. 488 (cf. K. 56. 65. 69. 71) discimus. Peloponnesiorum autem et Spartiatarum epigrammata Amphictyones inscribenda curaverunt, quae qui fecerit quamquam non adnotat Herodotus, tamen nihil obstat quin certe epitaphium Lacedaemoniorum a Simonide profectum esse censeamus: neque enim temere correctorem anthologiae Palatinae (VII 249) poetae nomen ei adscripsisse (id quod putat etiam Finsler krit. Untersuch. zur Anthol. p. 136 sqq.), docet eius cum Cicerone (Tusc. 1. 101) consensus, quem ex Alexandrina sylloge aut ex Meleagri corona recens tum edita, quarum testimonium satis locuples est (v. proll. § 12), Simonidis nomen sumpsisse probabile est.[2]) Peloponnesiorum vero titulus (n. 200) a solo correctore anthologiae (VII 248) Ceo poetae adscribitur, cui num iam ab Alexandrinis tributus sit, discerni non potest.

---

sed apparet nomen auctoris fuisse olim adpictum; cognoscere mihi videor litteras σ ..... δ ....: poterat igitur σιμωνίδου τοῦ κήου fuisse“. Stadtmueller.

1) Quamquam manifestum est poetam in versibus faciendis non aliena opera usum esse.

2) Novisse Ciceronem Meleagri coronam verisimile fit ex ep. ad Att. 9. 7. 5 et 18. 3 coll. cum Anth. Pal. X 1 v. Knaack coniect. Progr. Stettin 1883 p. 7.

21. Ad Thermopylas. V. saec. Simonidis (92 Bgk.).

Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
κείμεθα τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Herod. 7. 228: *Ταῦτα μὲν δὴ* (n. 200) *τοῖσι πᾶσι ἐπιγέγραπται· τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίῃ· ὦ ξεῖν' κτλ.* Lycurg. Leocrat. 109: *τοιγαροῦν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου μαρτύρια ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας, ἐκείνοις μὲν· ὦ ξεῖν' κτλ., τοῖς δ' ὑμετέροις προγόνοις· Ἑλλήνων κτλ.* (n. 199). Diodor 11. 33: *ἰδίᾳ δὲ αὐτοῖς* (i. e. *τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπέγραψαν οἱ Ἕλληνες*) *τόδε· ὦ ξεῖν' κτλ.* Strabo 9. 4. 16 p. 429 C: *καὶ νῦν τὸ πολυάνδριον ἐκείνων ἐστὶ καὶ στῆλαι καὶ ἡ θρυλουμένη ἐπιγραφὴ τῇ Λακεδαιμονίων στήλῃ, ἔχουσα οὕτως· ὦ ξεῖν' κτλ.* Anth. Pal. VII 249: *Σιμωνίδου* C; *εἰς τοὺς μετὰ λεωνίδην* (sic) *μαχεσαμένους πρὸς Πέρσας* L; *ἐν Θερμοπύλαις* C; quod lemma simul ad ep. 248 (huius syll. n. 200) et 249 pertinet. Anth. Plan. lemma *εἰς τοὺς αὐτούς* postea erasum est, v. ad n. 200. (Inde cod. Matr. 24 f. 103, p. 91 Iriarte.) Suid. s. v. *Λεωνίδης . . . ἐπιγέγραπται ἐπὶ Λεωνίδου ἐπίγραμμα· ὦ ξεῖν' κτλ.* Arsen. 118. Cicero Tusc. 1. 101: Pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides:

Dic hospes Spartae nos te hic vidisse iacentis
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

v. 1. *ὦ ξεῖν'* Herod. Lyc. Anth. Pal. et Plan. Ars. (om. *ὦ*) Suid.; *ὦ ξένε* Diod., *ὦ ξέν'* Strabo, Iriarte | *ἀγγέλλειν* Herod., *ἄγγειλον* Diod. Lyc. Anth. Pal. et Plan. Ars. Iriarte, *ἄγγελε* Suid., *ἀπάγγειλον* Strabo | *τᾷδε* Schneidewin, debuit *τεῖδε* ‖ **v. 2.** *ῥήμασι πειθόμενοι* Herod. Anth. Pal. et Plan. cf. ep. n. 73 eiusque comm., *πειθόμενοι νομίμοις* rell. (etiam Cic.); quam insignem discrepantiam nescio quis inde explicavit quod inferiore aetate detritus fortasse titulus renovatus eiusque clausula mutata esset. *τήνων νεύμασι πειθόμενοι* Bergk.

De Simonide auctore cf. quae dixi ad ep. 20.

---

22. Ad Thermopylas. — [Simonidis (93 Bgk.)]

Τούσδε ποθεῖ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις.

Strabo 9. 4. 2 p. 425: *ὁ δ' Ὀποῦς ἐστι μητρόπολις καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ· τούσδε — Ὀπόεις.*

v. 1. *τοὺς δέ* mire Cougny | *τούςδε ποτὲ* codd., correxit Meineke vind. Strabon. p. 149. cf. Kaibel EG 21, 9 ‖ **v. 2.** *μητρ. Λοκρῶν* | etiam Pindarus ol. 9. 20 Opuntem *Λοκρῶν ματέρα* dicit. | *εὐθυνόμων ὀπίοις* A, *κεύθει νομως ὀπόεις* l, *κεύθει νομοπόεις* in marg. sched. aggl., *κεύθει ὀπόεις* Bk, *κεύθει . . ὀπουντία* no, *κεύθει ὁμοῦ Ὀπόεις* sec. man. in h, *κεύθει ὁμῶς Ὀπόεις* Cramer, *κεύθει ὅλων Ὀπόεις* Heringa obss. crit. p. 143, *κευθάνει ὧδ' Ὀπόεις* Hecker (1843)

p. 397 quod recte reiecit Bgk., cum non essent in patria humati; *εὐθυνόμων Ὀπόεις* | *κεύθει* Coraes distichum excidisse ratus quod idem contendit Bgk., *κεύθει Ὀπουντία γῆ* Xyl., *κ. Ὀ. χθὼν* Palmer.

De temporibus quibus et hoc et insequens Thespiensium epitaphium insculptum sit et de toto Strabonis loco accuratius inquirere est opus.

Etenim Strabo in Thermopylis quinque novit cippos Graecorum qui cum Leonida cecidere: vide verba supra allata et 9. 4. 16 p. 429: *καὶ νῦν τὸ πολυάνδριον ἐκείνων* (sc. *τῶν περὶ Λεωνίδαν*) *ἐστὶ καὶ στῆλαι καὶ ἡ θρυλουμένη ἐκείνη ἐπιγραφὴ τῇ Λακεδαιμονίων στήλῃ κτλ.* Herodotus autem praeter Leonidae monumentum seorsum exstructum (7. 225) tria monumenta tantum memorat, Megistiae (n. 20), Spartiatarum (n. 21), sociorum Peloponnesiacorum (n. 200 = 7. 228) neque verisimile est alia praeter haec historicum novisse (v. Kirchhoff Monatsber. d. B. Ak. 1878 p. 4). Huc accedit, quod Strabo vix tituli n. 200, qui sepulcralis non est, rationem habuerit, neque Megistiae quippe qui non publice sepultus esset. Cum igitur unum publicum epitaphium noverit Herodotus, quinque Strabo, uterque sit testis oculatus, necesse est intra quattuor saecula quae inter illos intercedunt, non integra mansisse sepulcra: possis conicere Phocensium bello vel cum Galli irrumperent, cippos deiectos et deletos esse, postea vero non modo eum cippum qui unus antea publico epitaphio ornatus erat, restitutum esse, sed etiam alios a civitatibus nonnullis gloriae avidis adiectos, quorum exstant adhuc Thespiensium (n. 23) et Locrorum elogia.[1])

Olivetus, Schneidewin, Bergk quinto saeculo attribuentes Simonideis hoc epigramma ex coniectura addiderunt.

---

23. Ad Thermopylas. — Philiadae.

〈Ἔνθάδε μαρνάμενοι περὶ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
κεῖνται ἀγηράτῳ χρώμενοι εὐλογίᾳ〉
ἄνδρες τοί ποτ᾽ ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,
λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

Steph. Byz. s. v. *Θέσπεια· . . (Θέσπια) γράφεται καὶ διὰ τοῦ ῑ καὶ ἐκτείνεται. καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ. καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν· ἦν δὲ Φιλιάδου Μεγαρέως· ἄνδρες — εὐρύχορος.* Inde Eustath. Il. p. 266, 11: *ἐν δὲ τῇ κατὰ Βοιωτοὺς*

1) Haud feliciter Bergk diversa testimonia conciliare conatus est PL. III[4] p. 428 sq.

ἐπίγραμμα Φιλιάδου τοῦ Μεγαρέως τοιοῦτον ἐπὶ τοῖς ἀναιρεθεῖσιν ὑπὸ Περσῶν· ἄνδρες — εὐρύχορος.

v. 1 et 2. Sensum significare volui. ‖ v. 3. *τοί* Brunck; *θ' οἱ* codd. | *κροτάφῳ* Steph. ‖ v. 4. *ἄρχει* (*ἀρχεῖ* P) et *εὐρύχωρος* Steph.

Thudichum Rh. M. 12, 301 aliique (Hartung gr. El. II 250, Bgk. III⁴ 428) hoc epitaphium arbitrantur ad cippum Thespiensium pertinere, qui ad Thermopylas cecidere: quibus assentior, nisi quod titulum multo post ipsam pugnam incisum esse censeo (v. ad n. 22). Contra Iacobs (Anth. VI 273) putavit ad eos spectare qui a Persis Athenas versus proficiscentibus in Thespiarum incendio et vastatione interfecti essent. Sed si in patrio solo mortui et sepulti essent, patriam non diserte nominasset poeta. — De Philiade Megarensi nihil aliunde notum.

24. In Thessalia ad Peneum. IV. saec.

Τῆcδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
  Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰcοθέου
Λαΐδος· ἣν ἐτέκνωcεν Ἔρωc, θρέψεν δὲ Κόρινθος,
  κεῖται δ' ἐν κλεινοῖc Θετταλικοῖc πεδίοιc.

Athen. p. 589 b: (*Πολέμων εἴρηκεν* [frgm. 44 Pr.]) *δείκνυσθαι αὐτῆς* (sc. *Λαΐδος*) *τάφον παρὰ τῷ Πηνειῷ, σημεῖον ἔχοντα ὑδρίαν λιθίνην καὶ ἐπίγραμμα τόδε· τῆσδε κτλ. αὐτοσχεδιάζουσιν οὖν οἱ λέγοντες αὐτὴν ἐν Κορίνθῳ τεθάφθαι πρὸς τῷ Κρανείῳ.*

v. 2. *δουλοῦσθαί τινος* dictum videtur ad analogiam *ἡττᾶσθαί τινος*. aliud exemplum huius constructionis frustra quaesivi. Iacobs comparat Propert. 2. 5. 2 Lais . . ad cuius iacuit Graecia tota fores. *τῇσδε ποθῇ* Stadtmueller. | „fort. *πρὸς ἀλκῆς*" Kaibel ‖ v. 4. cf. A. P. VII 245 *Βοιωτῶν κλεινοῖς θνήσκομεν ἐν δαπέδοις.*

Spectat epitaphium ad minorem natu Laida, quae altera quarti saeculi parte in Thessalia mortua est, cf. Iacobs script. misc. IV p. 412. Cum Polemo testis oculatus hydriam monumento impositam fuisse tradat, inde Laida innuptam fuisse elucet, v. Dilthey ind. Gott. 1881/2 p. 8; corruunt igitur fabulae de Thessalicis nuptiis a Plutarcho (amat. p. 767 e) traditae neque minus, cum epigramma taceat, fictum est meretricem illam a mulieribus formae eius invidentibus necatam esse. Cf. R. Schoell, Herm. 13, 445 n. 1.

25. In Thessalia? — Pisandri Rhodii?

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος,
  καὶ κυνὶ Λήθαργος, καὶ θεράποντι Βάβης·
Θεccαλὸς ἐκ Κρήτης Μάγνης γένος, Αἵμονος υἱός·
  ὤλετο δ' ἐν προμάχοις ὀξὺν Ἄρη cυνάγων.

Anth. Pal. VII 304: *Πισάνδρου Ῥοδίου* C; *τούτου τοῦ ἐπιγράμματος μέμνηται Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς* (Hist. gr. min. I p. 153 Dind.) *ὡς ἀρίστου· εἰς Ἱππαίμονα τὸν ἐκ Κρήτης Μάγνητα* L: *ἀνδρὶ — συνάγων.* Anth. Plan. (aut. app.): *Πεισάνδρου: ἀνδρὶ — συνάγων.* Ps. Dio Chrysost. 37 p. 532 R. (304 Dind.): *Ἀνδρὶ — Βάβης· τίς οὖν οἶδεν Ἑλλήνων οὐχ ὅτι τὸν ἵππον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Ἱππαίμονα; δοκῶ μὲν οὐδὲ Μαγνήτων, ὅθεν ἦν Ἱππαίμων; οὗτος μὲν οὖν φροῦδος ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ Βάβητι καὶ Ποδάργῳ.* Pollux 5. 47: *οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Μάγνης κύων, τὸ Ἱππαίμονος κτῆμα, ὁ Λήθαργος, ἀνώνυμος, ὃς τῷ δεσπότῃ συντέθαπται, καθάπερ μηνύει τοὐπίγραμμα· Ἀνδρὶ — Βάβης* (Inde Eudoc. 96).

v. 1. *ὄνομ'* omisit Plan. *ὄνομα τῷ* Dionis codd. praeter BM | de Podargi nomine equi quod et alibi occurrit v. Ieschonnek de nominibus quae Gr. pecudibus dom. indere solebant p. 40 quibus addo Collitz n. 3136 || v. 2. *Λήθαργος* Dio Poll., *γράφεται Λήθαργος* Corr. Anth. Pal., *θήραγρος* eiusdem A et Plan. Ad *Λήθαργος* canis nomen Finsler krit. Stud. z. Anth. 72 confert Hesych. s. v. *Λαίθαργος* et Eust. p. 1439. 2. cf. etiam Ieschonnek 17; *θήραγρος* tuetur Baecker de canum nomin. gr. 72 sq. | *Βάβης* Phrygium nomen esse ex inscriptionibus quibusdam coniecit Bergk PL. II⁴ 24: quibus addo *Βαβίς* in inscr. Thyatirae inventa Mitt. d. ath. Inst. 1889 p. 91, *Βαβεύς* ap. Sterrett Wolfe expedition n. 319. 329. 343. 363. 480. 566. cf. 600. An epigr. journ. 177. 196. || v. 3. Mitto virorum doctorum Brunckii Iacobsii Boissonadii Bergkii conamina qui huius versus attributa alius aliter distribuere volunt in quattuor quae in priore disticho occurrunt animantia. Quod si recte facerent, minime tum poeta Nicolai Damasceni laude dignus esset, nisi forte verborum obscuritatem ei laudi dabimus. Immo posterius distichum ad solum Hippaemonem spectare recte contendit Hartung gr. Eleg. I 71. Certe mirum quod tres quasi patriae mortuo adscribuntur: sed hanc ipsam sermonis brevitatem qua loca quibus vixerat nominantur laudare videtur Nicolaus. Simile quid habes in Anth. Pal. VII 135: *Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης Κῷος γένος.* Erat igitur Hippaemo natus sive Magnesiae ad Maeandrum[1]) sive ad Sipylum, tum in Creta vixerat denique inde in Thessaliam profectus ibi extremos annos degerat. | *αἴμονος* Anth. C^{pr}, *αἵμονος* A^{ar}.

Inscriptum erat epigramma Hippaemonis cippo sepulcrali, in quo ipse cum equo et cane et servo effictus erat cf. Friedländer de anagl. sepulcr. 57. Pisandro Rhodio Anthologiae Corrector et Planudes adscribunt: quorum testimonium etsi incertum est, certe sat vetustus est titulus. Quo iure Flach G. d. gr. Lyr. 441 demonstrativum dicat epigramma nescio.

---

1) Hos Magnetes canes in pugnam secum duxisse narrant Aelian. d. n. an. 7. 38. v. h. 14. 46. Poll. 5. 31.

26. Dii in Thracia. IV. saec.?

Μουςάων πρόπολον τῇδ' Ὀρφέα Θρῆκες ἔθηκαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει,
Οἰάγρου φίλον υἱόν, ὃς Ἡρακλῆ' ἐδίδαξεν,
εὑρὼν ἀνθρώποις γράμματα καὶ σοφίην.

[Alcidam.] Ulix. 24 (in Antiphontis ed. Blass. p. 191): *γράμματα μὲν δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε, παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ ἐπιγράμματα· Μουσάων κτλ.*

v. 1. *θράκες* A, *θρήϊκες* x ‖ **v. 2.** Ζεὺς] *ζεύς που* A. | *βέλει* Ald.; *κεραυνῷ* codd. nisi quod C *βαλών.* ‖ **v. 3.** *ὑάγρου* A. | *ἡρακλῆ* Z cum Burneiano 96, *ἡρακλῆα* A, *ἡρακλῆν* v. | *ἐδίδαξεν* AN, *ἐξεδίδαξε* rell. codd. et Blass, sed displicet *Ἡρᾰκλῆ'* in versu IV. saec.

Εἰμὶ νεκρόϲ, νεκρὸϲ δὲ κόπροϲ, γῆ δ' ἡ κόπροϲ ἐϲτίν·
εἰ δ' ἡ γῆ θεόϲ ἐϲτ', οὐ νεκρόϲ, ἀλλὰ θεόϲ.

Schol. B, T, (Leid.) Hom. Il. *X* 414: *κατὰ κόπρον· ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸ συρφετὸν τῆς γῆς. ἔστι δὲ καὶ ἐπίγραμμα ὃ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφέρεται· εἰμὶ — θεός.*

v. 1. *ἐστίν* om. B ‖ v. 2. *εἰ δὲ γῆ νεκρός ἐστ', οὐ νεκρός, ἀλλὰ θεός* T, *ἡ δὲ γῆ νεκρός* omissis cett. B, *εἰ δέ τε γῆ νεκρός κτλ.* Leid.; *εἰ δέ γε γῆ θεός ἐστ' κτλ.* Cobet cf. tit. lat.; *εἰ δ' ἡ γῆ κόπρος, εἰμ' οὐ ν., ἀ. θ.* Hartung gr. Eleg. I 327, *εἰ δ' ἡ γῆ θεός, εἰμ' οὐ ν., ἀ. θ.* Bgk. PL. II⁴ 239.

Potest epigramma, ab Epicharmo certe alienum (cf. Schneidewin ad Eust. prooem. p. 55 qui id ab homine Epicharmum deridente factum esse censet), inferiore aetate in sepulcro aliquo inscriptum fuisse, quod putat Haupt qui in opusc. II p. 190 sqq. de his versibus disputavit. Idem contulit titulum sepulcralem Attiae Vitalis, qui in antiquario Monacensi asservatur (no. 733) primoque post Chr. saeculo adscribitur. Est autem hic:

„Invida sors fati rapuisti Vitalem | sanctam puellam bis quinos

annos | nec patris ac matris es miserata preces. | Accepta et cara sueis mortua hic sita sum. | Cinis sum, cinis terra est, terra dea est; | ergo ego mortua non sum."

50. — V. saec. Eueni.

Ἦ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Locos collegit Bergk II⁴ 270 (Euen. frgm. 6): Plut. de amore prol. 4: ὥστε ἐπαινεῖσθαι καὶ μνημονεύεσθαι τοῦ Εὐήνου τοῦτο μόνον ὡς ἐπέγραψεν [τοῦτο τὸ μονόστιχον ἐπίγραμμα Doehner]· ἢ δέος — χρόνον. Artemidor. on. I 15: καί τις καὶ λόγος παλαιὸς ἐπιδείκνυσι τὸ τοιοῦτο. ἔχει δὲ ὧδε· ἢ δέος — χρόνον. Hermias in Plat. Phaedr. p. 191 Ast: θαυμαστὸς δὲ ἐγένετο Εὔηνος· καὶ ἀλλαχοῦ αὐτὸν ἐπαινεῖ, ὃς καὶ τὸν ἴαμβον τοῦτον εἶπε· φόβος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα ⟨τὸν⟩¹) βίον. Macar. VI 38: ἢ — χρόνον.

ἢ δέος ἢ Artemid. Macar., φόβος ἢ Hermias [ἢ praemisit Ast p. 215], ἴδε ὅση Plut.; εἶδεν ὅση Casaub. ad Artem., ὡς υἱὸς ᾖ Tollius (fortuit. c. 11 p. 84), αἰδὼς ἢ Fröhlich apud Bergkium coll. Rutil. Lup. I. 10: „Nam maiorem partem ex iis (i. e. filiis) doloris et contumeliae [dolores et contumelias Meiser] capimus." Sed non est cur mutemus. Filii enim parentibus aut dolorem afferunt cum iis quid mali accidit, aut metum iniciunt ne iis accidat. | χρόνον] βίον Hermias.

Potest esse versus inscriptionis sepulcralis, quod putat Hecker I p. 23.

Canum epitaphia.²)

51. In Thessalia. V. saec. Simonidis (n. 130 Bgk.).

Ἦ σεῦ καὶ φθιμένας λεύκ' ὀστέα τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ
ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἄγρωσσα Λυκάς·
τὰν δ' ἀρετὰν οἶδεν μέγα Πήλιον ἅ τ' ἀρίδηλος
Ὄσσα Κιθαιρῶνός τ' οἰονόμοι σκοπιαί.

Pollux 5. 47: ἔνδοξον δὲ καὶ Λυκάδα τὴν Θετταλικὴν Σιμωνίδης ἐποίησε, γράψας τουτὶ τοὐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ κυνός· ἦ σεῦ κτλ.

v. 1. ἧς αὖ codd., corr. Steph. | λευκοστεάτῳ codd., corr. Salm. ‖ **v. 2.** ἴσκω] mirum poetam ipsum loqui. | ἄγρωσσα codd., quod nomen ἅπ. λέγ. corrigere voluit Schneider ἀγρῶστι scribendo probavitque Lobeckio parall. p. 267; ἀγρῶστα

1) τὸν inseruit Menrad, ut iambus etsi male factus (λύπη in pede sec.) exiret.
2) v. Kaibel 329. 332. 626. 627; Hermes 1, 68; Anth. Pal. VII 211. Monumenta anaglyphis ornata teste Weishaeuplio (Grabged. d. Anth. 76, 1) exstant apud Dütschke IV n. 588, Heydemann Antikensamml. Oberital. p. 6 n. 65, Petersen Reisen in Lykien p. 17, fig. 11; idem affert Theophr. char. 21, Aelian v. h. 8. 4.

Seber, *ἀγρῶσα* (partic. verbi *ἀγρᾶν*) Salmas. ‖ **v. 3.** *σὰν δ'* Iacobs | *Πάλιον* Schneidewin, sed nomen proprium mutare dubito; cf. acta conventus philologorum Gotting. 1852 p. 59, 1; idem *ἀρίδαλος*, quae forma non est dorica (Ahrens dial. dor. p. 151). ‖ **v. 4.** *οἰονόμου* Valesius.

Cum versus epitaphium continerent Thessalae canis, huic ipsi dialecto Simonides in extremis nominum syllabis indulsisse videtur.

---

52. — III. saec. Anytae.

Ὤλεο δήποτε, Μαῖρα, πολύρριζον παρὰ θάμνον,
Λόκρι, φιλοφθόγγων ὠκυτάτη σκυλάκων·
τοῖον ἐλαφρίζοντι τεῷ ἐγκάτθετο κώλῳ
ἰὸν ἀμείλικτον ποικιλόδειρος ἔχις.

Pollux 5. 48: *Καὶ γὰρ ἡ Τεγεᾶτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξης ἐμπέπληκεν, ἐφ' ἧς τῷ τάφῳ, φέρουσ', ἐπέγραψεν· ὤλεο — ἔχις.*

v. 1. *μαῖα πολύρριζον* cod. vet., *καὶ* (?) *ἀπολύριζον* rell. ut videtur; *καὶ σὺ πολύρριζον* Salmas. et Bekker, *Μαῖρα π.* Schneider apud Brunck., hoc enim erat nomen Icarii cani, qui astris postea inlatus est; possis etiam *Μυῖα* conicere, quod canis nomen in titulo latino occurrit Hermes 1, 68. Iam Pollux *Λόκρις* nomen proprium esse putabat. ‖ **v. 2.** *Λόκρι*] cf. Poll. 5. 37: *γενναῖαι κύνες . . . Λοκρίδες* | *ὠκυτάτη* cod. vet., *ὠκυτάτων* rell.

Huic epitaphio simillimum est aliud Anytae in gallum gallinaceum conscriptum (cf. Aelian. v. h. 8, 4). Neque autem hoc neque illud discernere ausim, utrum demonstrativo generi adscribendum sit an fuerit insculptum cippo ut multa alia eiusdem poetriae epigrammata (Benndorf de anth. epigr. p. 37 sq.).

II. Tituli dedicatorii.

1. Deorum donaria.

53. Olympiae. VI. saec.

a) Εἰ μὴ ἐγὼ χρύσεος σφυρήλατός εἰμι κολοσσός,
ἐξώλης εἴη Κυψελιδᾶν γενεά.

b) Εἰ μὴ ἐγὼ *ναξος παγχρύσεός εἰμι κολοσσός,
ἐξώλης εἴη Κυψελιδᾶν γενεά.

Phot. lex. (ex Boëtho, vide Cohn Quellen der Platoscholien p. 795 sq.) s. v. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα ἐν Ὀλυμπίᾳ· ἐν Φαίδρῳ· παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος στάθητι* (*ἐστάθη* codd.)· *ἀλλ' οὐ τῶν Κυψελιδῶν, Κυψέλου δέ φασι τὸ ἀνάθημα· ὡς Ἀγάκλυτος* (FHG IV p. 288) *ἐν τῷ περὶ Ὀλυμπίας φησὶν οὕτως· ναὸς τῆς Ἥρας παλαιὸς, ἀνάθημα Σκιλλουντίων· οὗτοι δέ εἰσιν Ἠλείων· ἔνεστι δ' ἐν αὐτῷ χρυσοῦς κολοσσός, ἀνάθημα Κυψέλου τοῦ Κορινθίου· .... Δίδυμος δὲ κατασκευάσαι τὸν κολοσσόν φησι Περίανδρον ὑπὲρ τοῦ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ θράσους ἐπισχεῖν τοὺς Κορινθίους· καὶ γὰρ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ καιρῶν β' λέγει οὕτως· .... Φέρεται δέ τι καὶ ἐπίγραμμα τοῦ κολοσσοῦ· εἰ μὴ ἐγὼ χρύσεος κτλ. ὅπερ Ἀπολλᾶς ὁ Ποντικὸς οὕτω προφέρεται· εἰ μὴ ἐγὼ νάξος κτλ.* (Photium compilavit Suidas s. v. *Κυψελιδῶν.*) — Ad hoc epigramma spectat Plato Phaedr. p. 236 B: *παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ἕσταθι* (coni. Cobet., codd. *στάθητι*) et fortasse Theognidis interpolator 894 Bgk.: *Ὡς δὴ Κυψελιδῶν Ζεὺς ὀλέσειε γένος.* Strabo 8 p. 353: *ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεύς, ἀνάθημα Κυψέλου.* Donarium ipsum laudatur saepissime: schol. ad Plat. l. l., Aristot. pol. 5. 9, [Aristot.] oecon. II init. p. 1346a Bk., Pausan. 5. 2. 3, Plut. de Pyth. or. 13, Laert. Diog. 1. 96. Cf. Gurlitt Pausanias p. 408.

a) **v. 1.** *εἰμὶ ἐγὼ* Phot., *αὐτὸς ἐγὼ* Suid.; corr. Cobet Mnem. (v. s.) 9. 423 sqq.: *Ζηνὸς ἐγὼ* Göttling coll. Anth. Pal. 14. 2 *Παλλὰς ἐγὼ χρυσέη σφυρήλατος* (v. infra) *χρυσοῦς* codd., correxi | *χρυσήλατος* Hecker I 261 sq. qui totum versum sic putat inscriptum fuisse: *ὦναξ, εἰ μὴ ἐγὼ* (vel *εἰ μὴ ἐγὼ, ὦναξ*) *χρυσήλατός εἰμι κολοσσός* | **v. 2.** *μὴ ἐξώλης* Göttling | *Κυψελιδῶν* codd., correxi.

b) **v. 1.** *εἰμὶ ἐγὼ νάξος* Phot.; *Νάξιός εἰμι ἐγὼ* Suid.; *εἰ μὴ ἐγών, ὦναξ* Cobet, Bergk PL. II[4] p. 196, *εἰ μὴ ἐγὼ ναστὸς* (i. e. fartus, compressus) Naber (ed.

Phot.), *Ἄξιός εἰμι ἐγὼ* Ritter Didym. p. 404 de artifice quodam cui nomen esset *Ἄξις* cogitans; *Ζηνὸς ἐγὤνακτος* Goettling qui cum etiam hos versus inscriptos esse censeret, non debuit neglegere digamma. ‖ v. **2.** *μήξώλης* Goettling | *Κυψελιδῶν* codd.

Iacobs (animadv. ad Anth. 11 p. 401) subditiciam iudicaverat inscriptionem colossi, ignarus nimirum palmaris illius Cobeti[1]) coniecturae qua omnes difficultates tolluntur. Certe tituli forma, quae precantis magis est quam dedicantis (cf. n. 63), insolita, sed vix solus legebatur in basi, verum additus erat epigrammati dedicatorio. Idem Cobet alteram versionem, quae ab Apolla Pontico traditur, recte iocum lepidi poetae esse iudicavit (l. l. p. 426), qui mutato *σφυρήλατος* illo in *παγχρύσεος* Cypselidas falsa fecisset praedicantes ita ut iure preces pentametri expletae esse viderentur. Utrum autem hoc irrisorium epigramma Apollas periegeta in colossi basi inscriptum invenerit an ex hominum ore exceperit exceptumque tradiderit, incertum est.

Neque magis discerni potest Cypselus an Periander colossum dedicaverit de qua re dissentiunt auctores; sed certe ante annum 582 quo anno Cypselidae Corintho expulsi sunt, Olympiae collocatus est. Inde, si Straboni (l. c.) credendum est — fuisse enim (*ἦν*) neque iam ibi esse dicit colossum —, postea ablatus est, ut non miremur Pausaniam periegetam omittere eum in donariis enumerandis et describendis et in digressu tantum commemorare; cf. Gurlitt Pausanias p. 352.

---

54. Olympiae. VI. saec.

Ζηνί μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ οἱ 'κ Χερονήcου
τεῖχοc ἑλόντεc Ἀράτου· ἐπῆρχε δὲ Μιλτιάδηc cφίν.

Paus. 6. 19. 6: *Κεῖνται δὲ καὶ ἄλλα ἐνταῦθα* (i. e. in Sicyonio thesauro) . . . *καὶ εἰργασμένον ἐλέφαντος κέρας τὸ Ἀμαλθείας, ἀνάθημα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, ὃς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χερρονήσῳ τῇ Θρᾳκίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης· καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ κέρατί ἐστιν ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι· Ζηνί κτλ.*

---

1) Unus Goettling Cobeto assensus non est in indice lectionum Ienensi 1855/6 cum putaret epigramma quale a Batavo restitutum esset, serio nunquam in donario inscribi potuisse. Sed quod ipse putat lapidem iam antiquitate mutilatum fuisse eoque et *εἰμὶ* et *αὐτὸς* malas esse grammaticorum coniecturas, potius *Ζηνὸς* in priore versu, *μ[ήξώλης]* in pentametro supplendum esse et *εγω ναξος* in altera versione falso lectum esse a grammatico quodam, fuisse enim *ἐγὤνακτος*: hoc operae non pretium est refutare. Mira quoque Schubringi (de Cypselo tyr. 1862 p. 61 sq.) et Wilischi (ann. philol. 1881 (123) p. 173 sq.) sententia Cypselidarum tyrannide sublata Graecos in ipso lapide illud *εἰ μὴ* in *εἰμί* mutasse.

v. 1. ἐκ codd., οὐκ Buttmann, οἱ 'κ scripsi quia κράσεως regula non ita stricta uti solent Attici, ut non ambiguitatis vitandae causa ab ea discedant. χερρονήσου Vb R Ag Lab., χερονήσου rell.; ita veteres Attici dixisse videntur etsi inscriptiones saec. V. Χερρόνησος exhibent (Meisterhans[2] p. 76); cf. similia velut δέρη cum Lesbii δέρρα dixerint; etiam βορέας, postea βορρᾶθεν attice. ‖ v. 2. ἑλόντες κράτεσ [voluit fort. κρατήσαντες] Ἀράτου Ag | Ἀράπλου Anon. apud Krafft die polit. Verh. des thrak. Cherson. etc. p. 142 Anm. 27 (duce Scylace perieg. 68) ὑπῆρχε Va. M | σφίσιν Vb, φησιν Va.

Fallitur Pausanias cum dicat Miltiadem qui primus imperium Chersonesi tenuit, Cimonis filium fuisse, immo fuit Cypseli; mortuus est c. olympiadis sexagesimae quartae initium: sexto igitur saeculo tribuendum est epigramma. Cf. quae de hoc Pausaniae loco disputaverunt Funkhänel Philol. 1849, 90 not. et Krafft die polit. Verh. des thrak. Chers. (Festschrift der Gymn. Würtemb. zur 4. Saecularfeier Tübingens.) p. 134 et not. 27.

---

55. Olympiae. V. saec.

Φόρμις ἀνέθηκεν
Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.

Paus. 5. 27. 2: *Τῷ προτέρῳ δὲ τῶν ἵππων* (a Phormide dedicatorum) *ἐπίγραμμα ἔπεστιν ἐπὶ τῇ πλευρᾷ, τὰ πρῶτα οὐ σὺν μέτρῳ· λέγει γὰρ δὴ οὕτω· Φόρμις κτλ.*

In tres breves versus distinxit Bergk opusc. II 400, vetusto Graecorum metro epigramma scriptum esse coniciens; sed cf. Kaibel 1090 sq. Allen greek versification in inscriptions p. 43. — φόρμιος Va | fort. μ' ἀνέθηκεν | μενάλιος Ag | συρακούσιος Lb M Vab, συρακόσιος rell.

Inscriptio est magni donarii, quod Phormis, Gelonis et Hieronis tyrannorum dux, Olympiae dedicavit. In qua se patriam mutasse tradit similiter atque eisdem fere temporibus Praxiteles quidam in epigrammate Olympiae reperto ipse quoque ex Arcadia se Syracusas migrasse dicit IGA 95.

56. Olympiae. V. fere saec.

Ζηνὶ θεῶν βασιλεῖ μ' ἀκροθίνιον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Μενδαῖοι, Σίπτην χερσὶ βιασσάμενοι.

Paus. 5. 27. 12: *Τῶν δὲ ἐν Θράκῃ Μενδαίων τὸ ἀνάθημα ἐγγύτατα ἀφίκετο ἀπατῆσαί με ὡς ἀνδρὸς εἰκὼν εἴη πεντάθλου· καὶ κεῖται μὲν παρὰ τὸν Ἠλεῖον Ἀναυχίδαν* (cf. Gurlitt Pausanias p. 425), *ἔχει δὲ ἁλτῆρας ἀρχαίους. ἐλεγεῖον δὲ ἐπ' αὐτὸ γεγραμμένον ἐστὶν ἐπὶ τοῦ μηροῦ· Ζηνὶ κτλ.*

v. 1. *με*] codd., *μ'* edd. | *ἔθηκεν* La || v. 2. *μινδαῖοι* Va. | *σίπτην* Lb. M Ag Pc. Va, paulo post in textu Pausaniae *σίπτη* exhibent iidem codd. et Vb | *χερσιασάμενοι* Lb M, *βιασάμενοι* rell., *χ. βιασσάμενοι* Brunck, eadem clausula ep. n. 62, 2.

Ex prisca halterum forma concludere licet donarium non post quintum saeculum dedicatum esse, ut operibus artis Graeciae septentrionalis quae tum florebat adscribere possimus. Atque horum artificum princeps Paeonius erat civis Mendaeorum *τῶν ἐν Θράκῃ*, v. Kirchhoff St. z. gr. Alph.[4] 120 not.

---

57. Olympiae. V. saec. (465 sqq.).

Δέξο, Fάναξ Κρονίδα, Ζεῦ Ὀλύνπιε, καλὸν ἄγαλμα
ἱλήFῳ θυμῷ τῷ Λακεδαιμονίῳ.

Paus. 5. 24. 3: *Τοῦ ναοῦ δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ μεγάλου Ζεὺς πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου, μέγεθος μὲν δυόδεκα ποδῶν, ἀνάθημα δὲ λέγουσιν εἶναι Λακεδαιμονίων, ἡνίκα ἀποστᾶσι Μεσσηνίοις δεύτερα τότε* (Schubart; codd. *ὅτι* aut *ὅτε* aut *ἔτι*) *ἐς πόλεμον κατέστησαν. ἔπεστι δὲ καὶ ἐλεγεῖον ἐπ' αὐτῷ· Δέξο κτλ.* IGA 75. Basis marmorea rotunda Olympiae effossa. Titulus uno versu scriptus (Kaibel E. G. 743):

ΔΕΞΟ ... ΚΡΟΝ..ΔΑ..ΕΥΟΛΥΝΠ
ΙΕ ΚΑΛΟΝ ΑΓΑΛΜΑ ΗΙΛΑϜϜΟ
..ΜΟΙ ΤΟΙ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟ

v. 1. *δέξῳ* M Vb | *ἄναξ* Paus. | *Κρονίδα Ζεῦ* Paus. (nisi quod Ag *ζεὺς*); in lapide post *Κρονίδα* hasta solum discernitur; quam ob rem *Κρονίδαι Ζεῦ* Ahrens Philol. 38 p. 196; *Κρονίδα Σδεῦ* Schubart JJ. 113 p. 685; „pro *Ζεῦ* fuerit alia quam non novimus forma" Kaibel (v. Wilamowitz Zeitschr. f. Gymn. 1877 p. 698 „die Gestalt des Gottesnamens ist gänzlich unklar"); latiorem nobisque ignotam formam *ζ* litterae poposcit Curtius AZ. 34 (1876) p. 49/50; fortasse fuit Ⱶ pro Ι, quod Weil proposuit apud Roehlium l. c.: neque enim cum aspirata haec litterae *ζ* forma confundi poterat, cum illam 𐌇 expressam esse videamus. || v. 2. *ἱλάῳ* Paus.; quid lapis, incertum, cum ectypum quod secundum Roehlii Inscr. gr. ant. exhibui, non conveniat cum iis quae viri docti de lapide pronuntiant: Kaibel enim dicit in *ἱλεϝοι* alterum iota eiusve partem aliquam eos legisse qui lapidem oculis usurpassent, deinde Roehl post Λ duo sequi digammata adseverat, dissentiens cum imagine, in qua prior littera in summa parte laesa esse videtur. Sed hoc quidem constat formam *ἱλάῳ* quam Pausanias exhibet in lapide non fuisse. Neque autem inde cum Ahrensio Pausaniae fides usque eo deroganda est ut versus iam tunc mutilatos et a periegeta ipso suppletos esse dicamus. Num enim Pausanias etiam hexametri initium *δέξο ἄναξ* supplevisse censendus est? Itaque Ahrensii coniecturam *ἱληϝὼς* (part. perf.) *δάμῳ τῷ Λακεδαιμονίων*, cui Roehl et Fick assensi sunt, reicio et cum iis facio qui in lapide

formam dialecticam adiectivi ἵλαος fuisse putant, quam Pausanias vel eius librarii ut saepissime immutaverint. Scripsit autem ἱλῆϝῳ Curtius, quam formam alii aliter explicabant (Müllensiefen tit. lacon. dial. 44, Zacher de nom. in αιος 14, Ahrens Philol. 38, 238 (ἵληϝος : ἱληϝώς = ἐγρήγορος : ἐγρηγορώς)), ἱλεέῳ Schubart, ἱλϝήῳ Pischel Bezz. B. VII 333 sq. (ut sit adiectivum in ειος dor. ηος (G. Meyer² § 67); confert formam cret. ἵλεος et ad digamma explicandum ἴλλαος aeol.). | θυμῷ Paus., δάμῳ Ahrens | τοῖς Λακεδαιμονίοις Paus., τοι Λακεδαιμονιο lapis, quod Curtius aut τοὶ Λακεδαιμόνιοι loco subscriptionis legendum esse putat aut τῷ Λακεδαιμονίῳ ut sit collectivum. Hoc rectum; singularis numerus a scriptore in pluralem magis usitatum immutatus est, quod idem accidisse videmus in Aeschyli epitaphio n. 39 v. 4 adn. crit. Falso Schubart Pausaniam sequitur, lapicidam errasse ratus. | Ad constr. δέχεσθαί τινί τι cf. ep. n. 143 et Kaib. 740.

Propter ineptum Pausaniae scribendi genus non liquet, utrum δεύτερα ad ἀποστᾶσι referendum sit, ut tertium bellum Messeniacum indicetur sit an ad κατέστησαν pertineat alterum bellum significans. Cum autem litterarum formae, quales lapis exhibet, solum cum tertii belli aetate congruant (teste Kirchhoff Stud. z. gr. Alph.⁴ 151)[1]), hoc bellum significare voluisse periegetam oportet: nisi forte eis hominibus, quos Pausanias hoc loco auctores habuit (λέγουσι), omnem fidem derogandam esse censemus, id quod olim censuit Schubart (Jahns Jahrb. 1876 p. 682) nulla ille probabili causa allata. Exstructum igitur est monumentum a Lacedaemoniis etsi non in ipso tertii belli exordio, at certe primis eius annis, ut Iovis numen propitium haberent.

58. Olympiae. V. saec.

Τῷ Δὶ τἀχαιοὶ τἀγάλματα ταῦτ' ἀνέθηκαν
  ἔγγονοι ἀντιθέου Ταντα λίδα Πέλοπος.
(Πολλὰ μὲν ἄλλα σοφῶ ποιήματα καὶ τόδ' Ὀνάτα
  Αἰγινάτα, τὸν γείνατο παῖδα Μίκων.)

Pausan. 5. 25. 10: *Γέγραπται δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ βάθρῳ· τῷ Δὶ — Πέλοπος. Τοῦτο μὲν δὴ ἐνταῦθά ἐστι γεγραμμένον· ὁ δὲ ἀγαλματοποιὸς ὅστις ἦν ἐπὶ τοῦ Ἰδομενέως γέγραπται τῇ ἀσπίδι· πολλὰ — Μίκων.*

v. 1. Διῒ codd., correxi, cf. G. Meyer² § 129 | τ' ἀχαιοὶ codd.; corr. Boeckh CIG I p. 47 | τὰ ἀγάλματα codd., τἀγάλματα edd. || v. 2. ἐγγόνου vel ἔγγονου Lab Vab M Pc Ag., corr. edd. vett.; ἔκγονοι Hartung | incertum veteres Achaei ἀντιθέω an ἀντιθέου dixerint, v. Cauer² n. 270 | Ταντα λίδου Ag.

Achaeorum donarium cui hi versus inscripti erant, constabat ex statuis decem illorum principum Graecorum Hectoris adversarium sortientium. Praeter haec epigrammata et Agamemnonis nomen in

1) Falso Kaibel Daheim 1877 p. 444 et E. G. 743 sexto saeculo titulum adscribit.


clipeo incisum[1]) nullum videtur vocabulum statuis additum fuisse, ut qua de causa hoc maximum monumentum erectum sit, nesciamus. Onatae artificis titulum tractabo infra n. 175.

---

59. Olympiae p. a. 457 a. Chr.

ΝαϜὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
τοὶ Λακεδαιμόνιοι συνμαχία τ᾽ ἀνέθεν
δῶρον ἀπ᾽ Ἀργείων καὶ Ἀθαναίων καὶ Ἰάνων
τὰν δεκάταν νίκας εἵνεκα τοῦ πολέμου.

Paus. 5. 10. 4: *Ὑπὸ δὲ τῆς Νίκης τὸ ἄγαλμα ἀσπὶς ἀνάκειται χρυσῆ, Μέδουσαν τὴν Γοργόνα ἔχουσα ἐπειργασμένην. τὸ ἐπίγραμμα δὲ τὸ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι* [i. e. ad clipeum pertinens v. Schaarschmidt de *ἐπὶ* praep. ap. Pausan. p. 30] *τούς τε ἀναθέντας δηλοῖ καὶ καθ᾽ ἥντινα αἰτίαν ἀνέθεσαν· λέγει γὰρ δὴ οὕτω· ναός κτλ.* IGA. add. 26 a. Tria lapidis fragmenta Olympiae reperta, quae primus composuit et illustravit Purgold Arch. Zeit. 1882, 179 sqq. (Collitz n. 3157):



v. 1. Initium depravatum esse temere putat Hecker[2] 72 neque vero emendationem proponere potest. | *ναὸς* codd., corr. Purg., codicum lectionem servandam esse censet Blass ap. Collitz. | *φιάλη* = *ἀσπίς* cf. Purg. p. 184 | *εγ δε* in lapide scriptum esse contendit Blass. ‖ v. 2. depravatus in Paus. codd. *τοῖς Λακεδαιμονίοις* Pacd Lab Ag Va, *τῆς Λακεδαιμονίοις* M Vb, *τᾶς* pro *τῆς* Iacobs | *συμμαχίαν* Va Pcd Ag R Lab, *συμμαχίδος* A Vb, marg. R | *τἄνθεν* M R Pcd Ag Lab, *τεθέν* Vb. Varie temptaverunt viri docti, quorum Kayseri coniecturae partem veram esse ostendit lapis: scripsit enim: *θεῷ Λακεδαιμόνιοι συμμαχία τ᾽ ἀνέθεν.* Optime ille, nisi quod pro voc. *θεῷ* artic. *τοὶ* unice genuinum puto esse. | v. 3. *Ἀθηναίων* codd., corr. Schubart | *Ἰώνων* codd., corr. Purg. | secundum Thuc. 1. 107 *Ἴωνες* hoc loco sunt *οἱ ξύμμαχοι.* ‖ v. 4. *τῷ πολέμῳ* codd., *τοῦ* lapis.

Donarium, quod Lacedaemonii eorumque socii dedicaverunt, non a Lacedaemonio, sed a Corinthio artifice factum esse et epigramma

---

1) Animadversione dignum hoc nomen Pausania (§ 9) teste a dextra ad sinistram esse scriptum, cum omnes quos quinti saeculi novimus tituli Aeginetici (IGA 351—368 Kirchhoff Alphabet[4] 114) incipiant a sinistra.

Corinthio alphabeto scriptum (v. Kirchhoff Alphabet[4] 105) ostendit et fragmenta litterarum quae epigramma in lapide subsequuntur. Bene enim Purgold eas ad statuarii titulum spectare coniecit, quem hunc in modum supplere possis: ... *Κορ[ίνθιο]ι* ..... *εἰ]ρ[γάσαντο.*

60. Olympiae. Altera IV. saec. parte.

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος Ϝοίκισ' ἀκερσεκόμας·
τοὶ γᾶς τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος ἐνθάδε ταῦτα
ἔστασαν σὺν θεοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Paus. 5. 22. 3: ... *ταῦτά ἐστιν ἔργα μὲν Λυκίου τοῦ Μύρωνος, Ἀπολλωνιᾶται δ' ἀνέθηκαν οἱ ἐν τῷ Ἰονίῳ. καὶ δὴ καὶ ἐλεγεῖον γράμμασίν ἐστιν ἀρχαίοις ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσί· μνάματ' κτλ.*

v. 1. in *Ἀπολλωνίας ι* consonantis litterae munere fungitur ut in *Φειδίας* ep. 177, *Ἰουλιανός* ep. 35 etc. || **v. 2.** *ᾤκισ'* codd., corr. Boeckh CIG I p. 41 || **v. 3.** *οἱ* codd., *οἱ* Iacobs, *τοὶ* scripsi | *Ἀβαντίδος*] qui Thesprotiae pagus alias Amantia appellari solet et sic fortasse corrigendum; facile enim ᛘ vel ᔑ quibus signis coloniae Corinthi litteram *β* exprimebant cum Μ confundi poterat. Sed gens Euboica unde haec colonia deducta esse dicitur, et Abantes et Amantes nominatur. || **v. 4.** *σὺν τοῖς* codd., corr. Welcker Syll.[2] p. 182; cuius synizeseos exempla collegit Allen in Papers of the Amer. school. IV p. 102 (Kaib. 6. 768. 926. Collitz 68); v. infra n. 74.

Fragmentum basis huius maximi donarii quod elaboravit Lycius Myronis filius, Olympiae effossum est (cf. Flasch in Baumeister Denkm. II p. 1091). — Epigramma *ἀρχαίοις γράμμασι* i. e. litteris Corinthiorum vel Corcyraeorum, a quibus deducta est Apollonia, scriptum erat.

61. Olympiae. Ante Varronem.

Υἱὸς Διννύτα Δάμαρχος τάνδ' ἀνέθηκεν
εἰκόν' ἀπ' Ἀρκαδίας Παρράσιος γενεάν.

Pausan. 6. 8. 2: *οὐ μὴν οὐδὲ ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων λέγεσθαί μοι τοῦτο ἐφαίνετο ἐς αὐτὸν* (sc. *Δάμαρχον ἐξ ἀνθρώπου ἐς λύκον μεταβαλεῖν τὸ εἶδος*). *ἐλέγετο γὰρ ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἔχει γὰρ δὴ οὕτως· υἱός κτλ.*

v. 1. *δινύττα* Vb Lab, *δενύττα* Pc, *δινύτα* M Va, *διτύτα* (τ suprascr.) Ag R; *Διννύτα* vel *Δεννύτα* Bergk olim; postea (opusc. II 323) *Δεινύτα* vel *Δεινύταν*: „nominis forma *Δεινύτας* i. e. *Δεινοίτας* plane congruit cum Boeotorum nomine *Ἀνεμύτας* i. e. *Ἀνεμοίτας* de quo vide K. Keil Syll. inscr. Boeot. p. 207." Suffixum *-ύτας* Bergkium bene eruisse puto, at priorem partem ab „*δεινός*" derivatam esse non certum esse mihi videtur. | *τήνδ'* codd, corr. Schubart || **v. 2.** *εἰκόνα παρ' ἀνδρίας γενεὰν παρράσιος* MR (in marg. *γρ. Ἀρκαδίας* vel *ἀπ' Ἀρκ.*; *εἰκόνα παρά σιος γενεάν* Vb; *παράσιος* etiam Lab Ag:

Inde quod in epigrammate illa Damarchi metamorphosis non commemoratur minime id sequitur quod conclusit Pausanias, eam Arcadum non fuisse in ore. — Ceterum eadem res narratur a Plinio n. h. 8. 82, qui Apolla (Copa cod., Apoca index, corr. Kalkmann Paus. p. 105) auctore usus est, et ab Augustino de civ. d. 18. 17 Varronem exscribente, sed uterque pugilem falso nominat Demaenetum eumque in sacrificio quod Arcades Iovi Lycaeo humana hostia faciebant, commutatum esse tradit. Quae sacrificia cum ibi etiam imperatorum Romanorum aetate fierent (J. Bernays Theophrast p. 116 et 188), nihil inde ad aetatem tituli definiendam lucramur.

---

62. Olympiae. —

Κλειτόριοι τόδ᾽ ἄγαλμα θεοῖ δεκάταν ἀνέθηκαν
πολλᾶν ἐκ πολίων χερσὶ βιασάμενοι.
καὶ . . . *μετρεῖτ᾽ ᾽Αρίστων ἠδὲ Τελέστας
αὐτοκασίγνητοι *καλὰ Λάκωνες ἔθεν.

Paus. 5. 23. 7: *Πλησίον δὲ τοῦ Ὑβλαίων ἀναθήματος βάθρον τε πεποίηται χαλκοῦν καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ Ζεύς· . . . οἵτινες δὲ αὐτὸν ἔδοσαν τῷ θεῷ καὶ ὥντινών ἐστιν ἔργον, ἐλεγεῖον* ⟨*ἐπι*⟩*γεγραμμένον σημαίνει· Κλειτόριοι κτλ.*

v. **1.** *θεῷ* codd., correxi | *δεκάτην* codd., corr. Sylburg | *ἀνέθησαν* Ag ‖ v. **2.** *πολὰν* Ag | *πολλῶν* Ag, *πόλεων* Vb, *πολλίων* Va | *βιαζάμενοι* (sic) La, *βιασσάμενοι* Aldina, fort. *βιαξάμενοι*. Cf. n. 56 ‖ v. **3** et **4.** Alterum distichum tantopere corruptum ut genuina lectio vix unquam inveniri possit. *καὶ μετρεῖτ᾽ ᾽Αρίστων* omnes codd. | *ἥδε τελεστὰς* Pc, *ἡ δὲ τελεστὰς* Fab, *ἠδὲ τελετὰς* Pa Lb, *ἡ δὲ τελετὰς* M, *ἥδε τελετὰς* Vab, *ἠδὲ τελεστὰς* Pd Ag La (nisi quod La inverso ordine *καὶ μετρεῖτ᾽ καλὰ Λάκωνες ἔσαν ἀρίστων ἠδὲ τελεστὰς αὐτοκ.*) | *αὐτοκασίγνητοι* omnes codd. | *καλὰ Λάκων ἐσέθεν* M, *καλαλάκων ἐς ἔθεν* Fab, *κ. λ. ἔσεθεν* (supra *εν* scr. *αν*) R (ad marg. *ἐκλείπει τι*), *καλαλάκων ἐσέθεντο* Lb, *καλὰ λάκων καὶ ἐκ σέθεν* Va, *καλὰ λάκων ἐς ἔσθε* Pd, *καλὰ λάκωνες ἔσθε* Ag, *καλὰ λάκωνές τ᾽ ἔθεν* Pc, *καλὰ λάκωνες ἔσαν* La Pa, *καλὰ λάκων ἔσαν* Vb. — Varie temptaverunt viri docti. Hexametrum pentametro non mutato ita constituit Wiedasch: *καὶ τέχνης τάδε μέτρα* seu *πεῖρατ᾽ ᾽Α. ἠδὲ Τελέστας.* — *Οἵ δ᾽ ἔργον τελέσαντες ᾽Αρίστων ἠδὲ Τελέστας αὐτοκασίγνητοί τ᾽ ἠδὲ Λάκωνες ἔσαν* Kayser Rh. M. N. F. 5 p. 361. *Καὶ ταύτης μετρηταὶ ᾽Α. ἠδὲ Τ. αὐτοκασίγνητοι χᾶμα Λάκωνες ἔσαν* Cougny I 60, sed pentametrum sic iam Dindorf restituerat (*αὐτ. καί τε Λάκωνες ἔσαν* Siebelis, *αὐτ. παῖδε Λάκωνος ἔθεν* Stadtmueller coll. Kaib. 772, 3). *Καὶ μέτρα ποιείτην ᾽Α. ἠδὲ Τ. αὐτοκασίγνητοι καὶ Λακεδαιμόνιοι* Kuhn. Ceterum artificis nomen *Ταλέστης* occurrit in titulo Halicarnassio Löwy I. g. B. n. 299.

Neque de aetate, qua monumentum dedicatum sit, neque de statuariis aliunde quidquam notum est.

63. In Lycaeo Arcadiae monte. IV. saec.?

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆι,
εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διῒ τὸν προδότην
ῥηϊδίως· χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον·
χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ καὶ σάου Ἀρκαδίαν.

Polyb. 4. 33. 2: *οἱ Μεσσήνιοι πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμὸν ἀνέθεσαν στήλην ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην καιροῖς, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησίν, γράψαντες τὸ γράμμα τοῦτο· πάντως κτλ.* Paus. 4. 22. 7: *τὸν δὲ Ἀριστοκράτην οἱ Ἀρκάδες καταλιθώσαντες τὸν μὲν τῶν ὅρων ἐκτὸς ἐκβάλλουσιν ἄταφον, στήλην δὲ ἀνέθεσαν εἰς τὸ τέμενος τοῦ Λυκαίου λέγουσαν· πάντως κτλ.*

v. 1 *βασιλεῖ* Paus. cod. M, *βασιλῆ* eiusd. Vb La ‖ **v. 2.** *Μεσσήνη* Polyb., cui lectioni adversatur et mira parataxis verborum *χρόνος* et *Μεσσήνη* (*εὗρε μὲν χρόνος, — εὗρε δὲ Μεσσήνη*) et quod Pausanias § 6 proditionem ab Arcadibus detectam esse dicit. | *προδότην*] nomen Aristocratis utpote proditoris omissum est. ‖ **v. 3.** *ἄνδρα* Paus. Lab M Vab; *ἄνδρ'* rell. ‖ **v. 4.** *ζεῦς βασιλεῦς* Paus. Vb | *σῶζε* Vab M R Lb, *σάωζε* La, *σῶε* Pcd Ag; *σάω* Polyb. codd. plerique, *σαόζ'* eiusdem CDE; *σάου* genuinam esse formam contendit Cobet Mnem. nov. II 356, cum *σάω* ex falso epichorii quod dicitur alphabeti transscriptione orta esse videatur. | *Ἀρκαδίην* Pol. cod. M.

Aristocrates Arcadum rex in secundo bello Messeniaco Messenios socios prodiderat et ideo a civibus lapidibus occisus est. Huius rei memoria servata est hoc epigrammate, quod Callisthenes a Messeniis, Pausanias ab Arcadibus dedicatum esse contendit. Quamquam autem illi assensus est E. Curtius (Peloponnes I 301 sq.), tamen ex inscriptione ipsa facile apparet Pausaniae esse fidem habendam. Si enim clausulam alterius distichi cum similibus hymnorum (Hom. h. in Cer. 13, 3. Callim. 6, 134. 5, 141 sq.) contulerimus, videbimus eos qui ab Iove Arcadiae salutem petunt neminem esse nisi Arcades ipsos.

Neque minus falsum esse videtur, id quod idem Callisthenes tradit probatque Bergk PL. III⁴ 666, Aristomenis temporibus epigramma scriptum esse. Cui et alia et versuum universus color repugnant: initio enim septimi saeculi dici non poterat: *ὁ χρόνος σὺν Διῒ εὗρε προδότην*, poterat inferiore aetate. Sed quo tempore factum sit epigramma, difficile est dictu: at nulli aetati, si quid video, aptius adscribitur quam priori quarti saeculi parti, qua Arcadia et Messenia libertatem recuperavere et mirus quidam ardor atque studium rerum bellis Messeniacis gestarum excitatum et incensum est.[1]) Huic coniecturae etiam epica dialectus fidem facit.

1) Busolt gr. Gesch. I 168 not. censet lapidem cum epigrammate certe positum esse ante Messenen oppidum exstructum (369), cum Callisthenes quadraginta fere annis post tam vetustam putaverit inscriptionem ut Aristomenis aetati

64. Tegeae. —

Λαοδίκηϲ ὅδε πέπλοϲ· Ἀλέᾳ δ' ἀνέθηκεν Ἀθηνᾷ
πατρίδ' ἐϲ εὐρύχορον Κύπρου ἀπὸ Ζαθέαϲ.

Paus. 8. 5. 3: *Χρόνῳ δὲ ὕστερον Λαοδίκη γεγονυῖα ἀπὸ Ἀγαπήνορος ἔπεμψεν εἰς Τεγέαν τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀλέᾳ πέπλον· τὸ δὲ ἐπὶ τῷ ἀναθήματι ἐπίγραμμα καὶ αὐτῆς Λαοδίκης ἅμα ἐδήλου γένος· Λαοδίκης κτλ.*

v. 1. *Λαοδίκας* Bergk opusc. II 324 qui cum doricas restitueret formas, satis vetustum videtur epigramma iudicasse. | *δὲ ὅδε* Ag | *ἐᾷ* codd., nisi quod Lab *ἐᾶ*. *Ἀλέᾳ* L. Spengel Rh. M. N. F. 5, 362, quod probatur Heckero² 229, qui antea (1843 p. 100) dubitaverat. | *Ἀθάνᾳ* Bergk ‖ v. 2. *εὐρύχωρον* M Vab Ag Lb (qui *ἐς* omisit).

Epigramma, quod Pausanias ex eodem auctore sumpsit, quo in enarrandis vetustissimis Arcadum rebus usus est, inferiore aetate fictum esse facile videmus. Attamen non est cur dubitemus id vesti Laodicae sive intextum sive adscriptum et aeque atque hanc ipsam a sacerdotibus ostendi solitum esse. Certe poeta parum respexit genuinorum titulorum indolem, in quibus genetivus nunquam usurpatur de eis qui dedicant rem.

---

65. Tegeae. —

Ταῦτ' ἔλεγεν Cώδαμοϲ Ἐπηράτου ὅϲ μ' ἀνέθηκεν·
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόϲεϲτι καλά.

Schol. Eurip. Hippol. 264 (Dind. I 112, 15): *Τὸ μηδὲν ἄγαν οἱ μὲν Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας, οἱ δὲ Σωδάμῳ ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ· ταῦτ' κτλ.*

Interisse ab initio distichum falso putat Cougny IV 23 ‖ v. 1. *ταῦτα λέγει* Hecker² 28 et 343. ‖ v. 2. *ἐν καιρῷ* A, *μέτρῳ* Hecker | *πρόσεστι καλά* om. A.

Sodamus, homo alias ignotus — nam qui praeter Euripidis interpretem eum laudant, schol. Pind. P. 2, 63 et Clemens Alex. strom. 1. 14. 61, ad hoc ipsum spectant epigramma — hermam dedicavit quam, pariter ut Hipparchus Pisistrati filius solebat, praecepto utili exornavit. Quem pentametrum non ab ipso Sodamo confectum esse, sed apud veteres proverbii locum habuisse docet distichum a Laertio Diogene I 41 servatum quod Wilamowitz comm. gramm. II p. 6 conlatis Euripidis scholiastae et Clementis Alexandrini locis ex Critiae elegiis [fr. 2 Bgk.] sumptum esse evicit. Est autem hoc:

Ἦν Λακεδαιμόνιος Χείλων σοφός, ὃς τάδ' ἔλεξεν·
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

---

adscriberet. Sed oblitus est v. d. epigramma non eo loco quo postea Messene fuit, i. e. in monte Ithome fuisse, sed in Arcadia in templo Iovis Lycaei.

66. Phenei in Arcadia. Quarto saeculo non recentius.

Ἡρακλῆς Ἀμφιτρύωνος
Ἦλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν.

Ps. Aristot. mir. auscult. 58 (59): *ἔστι δὲ αὐτόθι* (i. e. *ἐν Δημονήσῳ*) *χαλκὸς κολυμβητὴς ἐν δυοῖν ὀργυιαῖν τῆς θαλάσσης· ὅθεν ὁ ἐν Σικυῶνί ἐστιν ἀνδριὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ νεῷ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ ἐν Φενεῷ οἱ ὀρείχαλκοι καλούμενοι. ἐπιγέγραπται δ' αὐτοῖς Ἡρακλῆς — ἀνέθηκεν. Αἱρεῖ δὲ τὴν Ἦλιν ἡγουμένης κατὰ χρησμὸν γυναικός, ἧς τὸν πατέρα Αὐγείαν ἀπέκτεινεν.* Cf. Antigon. hist. mirab. 131 Kell.: *Ἐκ δὲ τῆς κατὰ Δημόνησον τὴν Καλχηδονίων τοὺς κολυμβητὰς ἀναφέρειν εἰς δύο ὀργυιὰς χαλκόν, ἐξ οὗ καὶ τοὺς ἐν Φενεῷ τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους ἀνατεθέντας ἀνδριάντας εἰργάσθαι.*

Epigramma prisco illo Bergkii metro (opusc. II 400; cf. Usener Altgr. Versbau 85) compositum et satis antiquis temporibus statuis inscriptum est. Nam id iam Theophrastum nosse, unde hausit qui Aristotelis personam induit, demonstravit Schrader ann. philol. 97 p. 223, cf. Müllenhoff deutsche Altertumskunde I p. 427 not.

67. Corinthi. 480 a. C. [Simonidis (134 Bgk.).]

Ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ναῦται Διοδώρου
ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας.

Plut. de Her. mal. 39: *Διοδώρου δέ τινος τῶν Κορινθίων τριηράρχων ἐν ἱερῷ Λητοῦς ἀναθήμασι κειμένοις καὶ τοῦτο ἐπιγέγραπται· ταῦτ' κτλ.* Anth. Pal. VI 215: *ἀνάθημα τῇ Λητοῖ παρὰ ναυτῶν* A in t | *τοῦ αὐτοῦ* (i. e. *Σιμωνίδου*) Am^c.

v. 1 *δυσαμένων* Anth. ‖ v. 2. *ἀνέθεντο* codd., *ἀνέθεν* Blomfield; *ὅπλα θέσαν* Hartung | *ναυμαχίης* Plut. ‖ Sine iusta causa Bergk putat Plutarchum distichum omisisse quo poeta exposuerit quae Diodorus eiusque nautae in pugna Salaminia strenue gessissent.

Titulus donarii a Diodori cuiusdam nautis post pugnam Salaminiam dedicati procul dubio genuinus et quinto saeculo adscribendus est. Nam quis recentiore aetate, cui eum attribuunt Iunghahn (de Sim. Cei epigr. 17) et Kaibel (Rh. M. 28, 446), plane ignoti trierarchi inscriptionem finxisse putandus est? Neque est cur contra Plutarchum cum Schneidewino post Artemisiam potius pugnam donum dicatum esse statuamus. De pronomine *οὗτος* a quinto saeculo minime alieno et de Anthologiae testimonio quae Simonidem auctorem profert egi in proll. § 12.

68. Corinthi. V. saec. (479). Simonidis (137 Bgk.).

Αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ ἀγχεμάχων πολιατᾶν
ἔϲταϲαν εὐξάμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
οὐ γὰρ τοξοφόροιϲιν ἐμήϲατο δῖ' Ἀφροδίτα
Μήδοιϲ Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.
⟨Sequebantur nomina mulierum dedicantium.⟩

Schol. Pind. ol. 13, 33: *Θεόπομπος δέ φησι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ὅπερ ἱδρύσασθαι τὴν Μήδειαν λέγουσιν Ἥρας προσταξάσης· εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖον εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός· αἵδ' — προδόμεν.* Plut. de Her. mal. 39: *ὅτι μόναι τῶν Ἑλληνίδων αἱ Κορίνθιαι ηὔξαντο τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμόνιον εὐχὴν ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεόν, οὐχ ὅπως τοὺς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἀγνοῆσαι πιθανὸν ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἔσχατον τῶν Καρῶν· διεβοήθη γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα, χαλκῶν εἰκόνων ἀνασταθεισῶν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης· .. τὸ δ' ἐπίγραμμα τοῦτό ἐστιν· αἵδ' — προδόμεν.* Athen. 13. 573 c: *καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι ηὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι νεών· διὸ καὶ Σιμωνίδης ἀναθέντων τῶν Κορινθίων πίνακα τῇ θεῷ τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα καὶ τὰς ἑταίρας *ἰδίᾳ γραψάντων* (*ἑταιρίδας γρ.* Stadtmueller, *διαγραψάντων* E. Preuner, *ἀναγραψάντων* R. Schoell) *τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν καὶ ὕστερον παρούσας* (*ἱεροποιούσας* Stadtm., *ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρούσας* Kaib.) *συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα· αἵδ' — προδόμεν.* Const. Lascaris in cod. Matr. n. 72 ap. Iriart. p. 263: *Ἐπίγραμμα Ἀριστοτέλους ἐλεγεῖον ἐν ναῷ τῆς Κορίνθου· αἵδ' — δόμεναι.*[1])

v. 1. *Ἑλλήνων* Ath. Matr. | *ἀγχεμάχων* schol. (nisi quod Vrat. D *ἐγχεμάχων*) et Matr., quod *τοξοφόροισι Μήδοις* oppositum esse vidit Wilam., *εὐθυμάχων* Ath., *ἰθυμάχων* Plut.; *ἰθυμαχᾶν* Dobree in 'Porsoni notae in Aristoph.' app. p. (129) | *πολιατᾶν* scripsi, *πολιητᾶν* schol. Matr. Plut. nisi quod huius cod. E *πολιτᾶν*, *πολινταν* Ath. ‖ v. 2. *εστασαν* Matr., *ἕστασαν* schol. (recepit Schneidewin), *ἕσταθεν* Ath., *ἕσταθεν* Plut., *ἐστάθεν* = *ἐστάθησαν* Bergk Wilam.; activa forma *ἕστᾰσαν* quam recepi, exstat apud Homerum *M* 56 (*γ* 182, *σ* 307), cf. G. Meyer gr. Gr.²

1) Lascarin ex Pind. schol. hausisse et lectionum consensus et subsequens Eumeli fragmentum (2 Kinkel) demonstrat ex eiusdem carminis Pindarici commentario (ad ol. 13. 74) petitum; non potuit igitur ille haec ex vetusto nescio quo florilegio epigrammatum haurire, cuius auctor Pindaricis commentariis usus esset: quae est opinio Kaibelii (Rh. M. 28, 450 sq.) qui ut falso praefixum Aristotelis nomen explicaret, nos „corrupti paulatim lemmatis exemplum habere certissimum“ statuit. — Unde philosophi nomen irrepserit incertum.

§ 42 et Anth. Pal. IX 708 | *εὐξάμεναι* Plut., *εὐχόμεναι* schol. Matr., *εὔχεσθαι* Athen. | *δαιμόνιαι* Plut., *δαιμονίᾳ* schol. Matr. Ath., quod Wilam. esse vult = *δ. βουλῇ* vel *μοίρᾳ* i. e. *σὺν δαίμονι* coll. Pind. ol. 9, 110 et schol. BT ad Hom. *Β* 367; ego *δαιμονίᾳ* ad *Κύπριδι* refero, etsi aliud exemplum huius deorum epitheti non novi. *δαμοσίᾳ* Lobeck Parall. 361, *καδεμόνι* Hecker Philol. 4, 484, *δαίμονι ᾇ* C. Fr. Hermann Philol. 10, 237, *καμμονίαν* Stadtmüller Berl. phil. Woch. 1890 col. 302; *τὶν στάθεν εὔχεσθαι, Κύπρι, λιλαιόμεναι* M. Schmidt. ‖ v. 3. Distichum intercidisse putat Bergk. | *τοξηφόροισιν* Ath.; cf. ep. 163, 2 *Περσῶν τοξοφόρων* | *ἐμήσατο* Ath., *ἐμήδετο* Plut., *ἐβούλετο* schol. Matr., *ἐμήσαο* M. Schmidt, *ἐδήλετο* vel *ἐδείλετο*? Wilam. | *δῖα θεοῖσιν Ἀφροδίτα* schol. cod. Vrat. D, unde Boeckh *δῖα θεάων* coniecit. ‖ v. 4. *Πέρσαις* Ath. | *δόμεναι* schol. Matr.

Hoc epigramma postquam in meis meletematis (de epigr. Gr. mel. Monachii 1890 p. 10—13) tractavi, denuo de eo egit U. de Wilamowitz-Möllendorff in Commentariolo grammatico quarto p. 3—7. Qui ut in multis me correxit, ita meam de versibus opinionem non refutasse mihi videtur.

Exposuit autem v. d. non solum Pindari scholiastam ex Theopompo hausisse, sed etiam Plutarchum, id quod ex eisdem paene verbis, quibus uterentur (*ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος* et *ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν*), et ex eadem apud utrumque Medeae fabula appareret. Sed differre Plutarchum a scholiasta, cum aeneas statuas matronis positas esse diceret — quod ipse ex pronomine *αἵδε* effinxisset —, deinde Simonidem auctorem adderet et epigrammatis ipsius verba aliter traderet. Alterum historiae fontem nos habere Chamaeleontem, Athenaei auctorem, qui item ac Theopompus testis oculatus esset nisi quod epigramma non ex lapide sed ex alio auctore maluisset exscribere. Cum autem versuum recensio, quam exhibet Chamaeleo, prope abesset a Plutarchi codicibus et idem ab utroque eorum nominaretur poeta, hos a Plutarcho et Chamaeleonte ex eodem auctore, fortasse ex Sylloge epigrammatum Simonideorum sumptos esse. — Ea autem quae Chamaeleo et Theopompus narrarent, nihil esse nisi ipsorum coniecturas: utrumque enim praeter tabulam pictam solum epigramma novisse et, cum quis dedicasset in monumento nunquam omissum esset, titulum votivum huiuscemodi: *Κορίνθιοι Ἀφροδίτᾳ εὐχάν.* Atque Theopompi coniecturam falsam esse, Chamaeleontem paene verum vidisse. Neque enim quaslibet liberas meretrices, quas hic dicit, sed servas Venereas, quae praeter corporis quaestum sacris adesse debebant, etiam in bellis Persicis ad aram deae accessisse [*ἔσταθεν* = accedere iussae sunt?] et in earum memoriam post victoriam ad Plataeas reportatam Corinthios tabulam cum epigrammate dedicasse.

In hac Wilamowitzi argumentatione est aliquid, quod mihi

videatur non recte contendere. Dicit enim et Theopompum et Chamaeleontem testari monumentum dedicatum esse a Corinthiis concluditque inde eos hoc non coniectura assecutos esse, sed ex donario ipso, in quo hoc fere epigrammati additum esset: *Κορίνθιοι Ἀφροδίτᾳ εὐχάν.* Sed neque Pindari scholiasta neque Plutarchus[1]) Corinthios donarium dedicasse tradit, ut hoc Theopompum testari minime constet; immo id ab solo Chamaeleonte memoriae proditur neque ex huius unius testimonio certi quidquam licet adfirmare. Certe quidem, si tale quid in donario scriptum fuisse verisimile esset, probarem quae Chamaeleo et de Wilamowitz de meretricibus coniecerunt: at veri est dissimillimum. Neque enim ullum ego novi quinti saeculi epigramma, in quo quis dedicaverit non versibus ipsis significetur, sed peculiari demum titulo pedestri sermone scripto addatur.[2]) Is enim erat apud Graecos priscae aetatis mos, nihil ut epigrammatis sive dedicatoriis sive sepulcralibus praeterea adderent, sed omnia versibus comprehenderent. Propter hanc causam et olim pro *ἕσταθεν* activam formam dedicandi postulavi et nunc postulo. Traditum autem est *ἕσταθεν* a Plutarcho, *ἕσταθεν* ab Athenaeo, quorum lectiones nobis unum testimonium iudicandas esse Wilamowitz exposuit, Pindari autem scholiasta qui versus ex Theopompo hausit, *ἕστασαν* vel *εστασαν* (Matr.) exhibet.[3]) Conicio igitur Theopompum ut in primo versu, ita etiam in *ἑστασαν* = *ἕστᾰσαν* (v. app. crit.) genuinam tradere lectionem. Mulieres igitur Veneri votum solventes dedicant donarium: nam haec dea saluti patriae patrocinata erat.[4])

Dedicatam autem esse tabulam pictam dicit Chamaeleo, quocum consentit quod Theopompus in pariete legit epigramma. Cui epigrammati ni fallor, subscriptus erat index mulierum dedicantium, ut eiusdem saeculi distichis n. 756 a Kaibel (Rh. M. 34 p. 197) et huius syllogae n. 73 et 82; cf. Ath. Mitteil. 1883 p. 181 (= Allen n. LXXXV, Megara, s. VI—V), K. n. 775 saec. IV.

---

1) Quod Plutarchus dicit statuas erectas esse, hoc non ex Theopompo sumpsit, qui epigramma in sinistro templi pariete inscriptum legit, sed ex falsa lectione *αἵδ' — ἕσταθεν* conclusit, de suo insuper addens eas aeneas fuisse.

2) Cf. prolegg. § 6 et not.

3) Fallitur Wilam. p. 6, cum dicat *ἕσταθεν* legi in Pindari scholio. Ibidem falso exhibet *πολιητῶν* pro *πολιητᾶν*.

4) Conferre licet simillimum epigramma in Bull. Corr. hell. 1886 p. 367 (= Allen p. 197 n. CXVI):

Ποντίῳ ἱππομέδοντι Ποσειδῶνι Χρόνου υἱεῖ
ἡ πόλις εὐξαμένη τούσδ' ἀνέθηκε θεῷ
ἡμιθέους σωτῆρας ὑπὲρ προγόνων τε καὶ αὐτῶν
καὶ γῆς καὶ τεκέων καὶ σφετέρων ἀλόχων.

69. In Isthmo? — [Orphei.]

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμί, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων
Ἴσθμια ⟨καλλικόμοις⟩ στεψάμενον πίτυσιν.

Ps.-Dio Chrysost. 37 p. 107 R: (Heroum in Isthmiis victoriis memoratis sic pergit:) *ἐγένετο δὲ καὶ νεῶν ἅμιλλα καὶ Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν, ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν Ἰάσων ἐνταῦθα τῷ Ποσειδῶνι καὶ τὸ ἐπίγραμμα ⟨ἐπ⟩έγραψεν ὅ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι* (fr. 10 Abel)· *Ἀργὼ κτλ.*

v. 1. *Ἀργοῦς* Bergk PL. II[4] 357 | *δ' ἐμὲ θῆκεν* cod. M | *ἰήσων* Abel || v. 2. *Ἴσθμια καὶ Νεμέοις στεψάμενον πίτυσιν* codd.; sed Argo non potest in Nemeis victoriam deportasse neque unquam Nemeonicae pino coronati sunt. Propter hanc alteram causam etiam Heckeri[2] 44 coniectura: *Ἰσθμιακῷ* (sc. *θεῷ*), *Νεμέοις στεψάμενος πίτυσιν* reicienda est, in qua etiam offendit quod propter Nemeam quandam victoriam Iason navem dedicasse dicitur. Quae in textu exhibui, invenit Gardner l. i. l., cf. Kaibel 88, 5 *καλλίκομοι πτόρθοι*; sed haud scio an etiam cum Heckero *στεψάμενος* scribendum sit, ut non navis sed Iason coronatus esse praedicetur. (*Ἴσθμια καινύμενος στεψάμενον π.* Stadtm., *Ἰσθμιακαῖς δι' ἐμὲ στεψάμενος πίτυσιν* ipse olim lusi.) *Στέψασθαι* = coronari saepius occurrit; cf. Anth. P. V 74, 5. App. Plan. 56. 371. Cram. Anecd. Par. IV 386. Rh. Mus. 34 p. 204 (*κεῖνος ὁ παγκρατίῳ στεψάμενος κοτίνῳ*) et *στεφανώσασθαι* apud Pindarum, cf. Tafel dilucid. Pind. p. 276 et 987.

In Isthmo Martialis aetate lignea navis ostendebatur, quae esset Argo ab Iasone ibi collocata (Mart. VII 19, cf. Apollod. 1. 9. 27. Diodor 4. 53 etc.): eam certamine navium Isthmio vicisse[1]) eique epigramma ab Iasone inscriptum esse solus Ps.-Dio tradit. Qui unde sumpserit nescimus. Nec tamen veri dissimile est versus illi ligno inscriptos fuisse quamquam non priscis temporibus. Pinea enim corona (*πίτυσιν*) Isthmionicae ornabantur et imperatorum Romanorum temporibus et si grammaticis credimus ea aetate quae Pindarum antecedit (locos coll. Stengel gr. Sacralaltert. 147). Ne autem huic priscae aetati titulum adscribamus, et alia obstant et quod mire vox *πίτυς* plurali numero usurpatur pro corona e pino facta. Confictum igitur est epigramma primo fere p. C. n. saeculo.

70. Athenis prope Academiam. VI. saec.

Ποικιλομήχαν' Ἔρως, σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο πρῶτος
Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Athen. 13. 609 d: *Συνέβη δέ, ὥς φησι Ἀντικλείδης* [cod. *Κλείδημος*, corr. Stiehle Philol. 9, 475] *ἐν ὀγδόῳ Νόστων* (frgm. Clid. 24 Mü.), *τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι καὶ τὸν πρὸς*

1) Inde conicit Percy Gardner Journal of hell. stud. II p. 90 sqq. (cf. 315) in Isthmiis semper certamina navalia instituta esse.

Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα [*Ἔρωτος βωμὸν* coni. Siebelis] *ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται· ποικιλομήχαν' — γυμνασίου.* Paus. 1. 30. 1: *Πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος ἔχων ἐπίγραμμα ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη.* Cf. Plut. Sol. 1: *Λέγεται δὲ καὶ Πεισίστρατος ἐραστὴς Χάρμου γενέσθαι καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος ἐν Ἀκαδημίᾳ καθιερῶσαι ὅπου τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες.*

v. 1. *βωμόν* codd.; *πρῶτος* Hecker[2] 233 ex Anticlidae et Pausaniae verbis: ad locutionem *πρῶτον ἱδρύεσθαι* cf CIA II 3, 1442. 1650, Phlegon olymp. p. 96, 15 Kell., Anth. Pal. VI 145 alia.


Quod Plutarchus non a Charmo, sed a Pisistrato ipso simulacrum Amoris dedicatum esse ait — nempe idem ille monumentum significavit atque Athenaeus verbis „*τὸν Ἔρωτα*" et Pausanias „*βωμὸν Ἔρωτος*": erat enim ara Amoris statua ornata —, hoc cum Prinzio de Solonis Plutarchei font. p. 42, cui Wachsmuth, Stadt Athen I 501 not., assentitur, neglegentiae auctoris tribuendum esse puto. Idem Plutarchus falli videtur cum faces in hac ara incensas esse dicat, cf. Milchhöfer apud Baumeister Denkmäler I p. 176.


---

71. Athenis in Pythii templo (cf. E. Curtius Hermes 12, 492 sqq.). VI. saec.

Μνῆμα τόδε ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υἱὸς
θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

Kirchhoff CIA IV 373e (Kaibel EG 743a in praefatione). Fragmenta lapidis Athenis reperti:





Thuc. 6. 54: *Καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαυσίαν Ἀθηναίοις ἀρχὴν καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄρχων ἀνέθηκε καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προσοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος*

τοῦ βωμοῦ ἠφάνισε τοὐπίγραμμα· τοῦ δ' ἐν Πυθίου ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε· μνῆμα κτλ.

v. 2. Post *TEMENE* fragmenta hastae invenit Kirchhoff l. l.

Cum Thucydides litteras, quas nos facile agnoscimus, non claras et paene abolitas dicat, Bergk PL. II[4] 380 not. et Reinach traité d'epigr. gr. 180 not. monumentum cuius fragmenta etiamnunc exstant, inferiore aetate ab Atheniensibus renovatum esse putant. Cui opinioni et alia adversantur et litterarum formae quas sexti a. Chr. saeculi esse Kirchhoff l. l. affirmat. Immo aut color quo litterae illitae erant, detritus erat (Busolt gr. Gesch. I 564, 4) aut titulus sic erat collocatus ut de plano non facile legi posset.

72. Athenis in arce. VI. saec. [Simonidis (132 Bgk.).]

Δεϲμῷ ἐν ἀχνυόεντι ϲιδηρέῳ ἔϲβεϲαν ὕβριν
  παῖδεϲ Ἀθηναίων, ἔργμαϲιν ἐν πολέμου
ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάϲαντεϲ·
  τῶν ἵππουϲ δεκάτην Παλλάδι τάϲδ' ἔθεϲαν.

Herod. 5. 77: *Τὰς δὲ πέδας αὐτῶν, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν· αἵ περ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν περιεοῦσαι, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου, ἀντίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου. καὶ τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ ἀριστερῆς χειρὸς ἕστηκε πρῶτον ἐσιόντι* (*ἐξιόντι* C. Wachsmuth)[1]) *ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι· ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάδε· ἔθνεα κτλ.* (hoc ordine 3. 2. 1. 4). Diodor. 10, 24 (exc. Vat.; p. 213 Vogel): (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *ἐκ τῆς ὠφελείας τῆς τῶν Βοιωτῶν δεκάτην* (Vogel, *δεκάτης* cod.) *ἅρμα χαλκοῦν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέθεσαν τόδε τὸ ἐλεγεῖον* ⟨*ἐπι*⟩*γράψαντες· ἔθνεα κτλ.* (eodem ordine). Anth. Pal. VI 343: *ἄδηλον* A | *Ἡροδότου* Cm[c]: *ἔθνεα κτλ.* (eodem ordine). Aristid. 49. 380 (II p. 512 D): *καὶ πάντα ἐκεῖνα καλλίω τῶν σῶν οἶμαι λόγων ἐπιγράμματα, καὶ ἔτι γε μᾶλλον· ἐξ οὗ* (ep. n. 269) *κτλ. καὶ πρό γε τούτων· Ἔθνεα — παῖδες Ἀθηναίων, οἶμαι λέγει τὸ ἐπίγραμμα καὶ πολλὰ ἕτερα. — Νὴ Δί', ἀλλὰ ταῦτα Ἀττικὰ καὶ θερμότερα.* CIA. I 334. Fragmentum basis marmoreae in arce inventum:

ΕΝΑΙΟΝΕΡΑΜ/
ΠΠΟϟΔΕΙΑ

vacat

1) Quo loco quadrigae steterint, difficile est iudicatu: cf. locos ap. Busolt gr. Gesch. I 622, 5 et Lolling in Iw. Müller Handb. III 343, 2.

Kirchhoff Sb. der Berl. Akad. 1887 p. 112 = CIA. IV 334a. Fragmentum basis marmoreae in arce inventum:



v. 1. ἀχλυόεντι Herod. codd. VSP, Diodor., ἀχνυθέντι Herod. codd. C, ἀχνυυθέντι Herod. cod. AB Anth.; ἀχνυόεντι Hecker[1] p. 169 sq. ([2] 132 sq.): nempe in lapide erat AXΜVΘΕΜΤΙ (Θ antiquior forma litterae *O*, recentior litterae *Θ*); ἀλγινόεντι M. Schmidt Rh. M. 26 p. 200 | ἔσβεσεν Anth. ‖ v. 2. ἐκ Herod. cod. ABC. Anth. C (εἰς A^{ar}) et Bergk; ἐν rell. | πολέμῳ Diodor. ‖ v. 4. ὧν Diod. | ἀνέθεσαν Herodoti cod. Sancroftianus, quo indicio ἀνέθεν scripsit Schneidewin; superflua sane coniectura. τάσδε θέσαν Hartung gr. Lyr. 6. 188.

Anno huius saeculi undeseptuagesimo in Athenarum arce fragmentum marmoris inventum est, cuius litterae ad pentametros huius epigrammatis pertinere bene perspexit Kirchhoff (Monatsb. d. Berl. Ak. 1869 p. 409 sq.). Quod autem ex litterarum forma titulum non ante octogesimam secundam olympiadem (i. e. c. 450 a. Chr.) insculptum esse vidit, quadrigas non post ipsam victoriam (506 a. C.), sed quinquaginta fere annis post dedicatas esse coniecit. Quem contra Bergk (P. L. III[4] p. 477 sq.) secutus opinionem a Kirchhoffio ipso propositam quidem, sed reiectam donum sexto a. Chr. saeculo dedicatum esse contendit, tum bello Persico subversum et renovatum post hostes expulsos. Quod quam recte contenderit, abhinc quattuor annos apparuit, quo anno alius marmoreae basis fragmentum in arce effossum est, cuius litterae ipsae quoque ad nostrum carmen pertinent sextique saeculi notam praebent (v. Kirchhoff Sb. d. Berl. Akad. 1887 p. 112). Unde aliud quoque novi discimus. Veteri enim huic basi versus alio ordine insculpti erant quam quem scriptores omnes nobis tradunt quemque etiam in renovata basi fuisse inde colligere possumus quod in hac litterae στοιχηδὸν scriptae sunt. Quam miram sane rem Kirchhoff ita explicare conatur, ut cum quadrigae renovatae non iam prope vincula captivorum collocatae essent (vide Herodotum), primum versum, cuius initium ea quasi ostenderet, tertio commutatum esse coniciat. Hoc num verum sit nescio; certe hac commutatione constructionem verborum dilucidiorem factam esse nemo, opinor, dicet.

Quis fuerit auctor epigrammatis, nescimus. Neque enim Bergkio concedimus Simonidem fuisse neque eis credimus quae cod. Par. A scholiastae Aristidis p. 351 Frommel exhibet. Ibi enim, ubi narratio de quadrigis relata est, additur: οὕτως ἄγρων ἐν ἐπιγράμματι

ἐπὶ τῷ τεθρίππῳ. Quae verba integra esse recte negant viri docti: ne enim novum poetam Agronem statuamus, obstat quod scholiasta non alio fonte quam Herodoto usus est. Bene igitur Hiller Philol. 48, 238 not. *ἀναγράφοντες* pro *ἄγρων* scribere mihi videtur (*ἀνέγνων* vel *ἔγνωμεν* Bergk).

---

73. Athenis in Piraeo. V. saec.

Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν οἵδ' ἀνέθηκαν
βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.
⟨Nomina novem archontum.⟩

Harpocrat. (inde Suid. et Phot.) s. v. *πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου* (47, 26). *Φιλόχορος ἐν τῇ ε' Ἀθηναίων φησὶν ἀρξαμένων τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ οἱ θ' ἄρχοντες τοῦτον ἀναθέντες ἐπέγραψαν· ἀρξάμενοι — πειθόμενοι.* Cf. idem s. v. *Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι· . . Φιλόχορος ἐν ε' Ἀτθίδος φησὶν ὡς οἱ θ' ἄρχοντες ταῖς φυλαῖς* (cf. Wachsmuth II 34, 2) *ἀνέθεσαν Ἑρμῆν παρὰ πυλῶνα τὸν ἀστικόν* (*ἀττικόν* cod., corr. Leake et Milchhöfer Karten von Attika I p. 39 sq.).

v. 1. *πρῶτοι* Bergkio PL. III[4] 519, offensionem habere videtur (*Πείραν* i. e. *Πειραιᾶ* scribit Rh. M. 39, 619), sed *πρῶτον ἄρχεσθαι* Graecorum est tautologia. Cf. *πρῶτοι ἦρξαν* in ep. n. 154; *πρῶτον εὑρίσκειν, πρῶτον ἱδρύεσθαι* similia. | *οἵδ'* codd., *τόνδ'* vulgo.

Quaeritur utrum herma, de cuius situ conferas Wachsmuthium Stadt Athen II 1 p. 33, dedicata sit Themistoclis aetate cum primum Athenienses Piraeum munire inciperent an Cononis denuo opus suscipientis. Atque Koutorga (mém. prés. à l'ac. des inscr. I. sér. 6, 2 p. 129) Cononis aetati tribuit quam aetatem Philochorus quinto libro, quem affert Harpocratio, describat; neque aliter censet U. de Wilamowitz Kydathen p. 207 n. 12, qui ut confirmet suam sententiam addit in versu secundo auctorem epigrammatis Simonideum illud *ῥήμασι πειθόμενοι* imitatione expressisse. Sed oblitus est ni fallor vir doctissimus iam Solonem et Theognim consimili clausula usos esse (Sol. 4, 6 et Theogn. 194 *χρήμασι πειθόμενοι*, Sol. 4, 11 et Theogn. 380 *ἔργμασι πειθόμενοι*, Theogn. 1239 b et 1262 *ῥήμασι πειθόμενοι*). Neque alterum illud argumentum ita grave est. Potest enim id quod censuerat olim Wachsmuth (I 519; nunc Wilamowitzio adsentitur II 34), Philochorus cum Cononis munimenta describeret prioris munitionis facere mentionem. Nam ne quarto saeculo titulum tribuamus repugnat non tam quod legimus eos *πρώτους τειχίζειν ἄρξασθαι*, quae est Graecorum tautologia, quam quod Piraei muris

iterum aedificandis non archontes, sed *τειχοποιούς* praefuisse docuerunt inscriptiones nuper inventae, cf. Mitteil. d. Athen. Inst. III 50 sq. Itaque minime est probabile archontas quorum potentia quarto saeculo magnopere erat circumcisa quique in opere administrando omnino non erant occupati, hermam hoc cum titulo dedicasse. De priore autem munitione quae coepta est Themistocle archonte (a. 493, cf. G. Hirschfeld Ber. d. sächs. Ges. 1878 p. 13), ex Thucydide I 93[1]) colligere possumus archontem eponymum operi inchoando praefuisse.

---

74. Athenis in arce. VI. vel V. saec.

Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ' ἵππον θεοῖc ἀνέθηκεν
θητικοῦ ἀντὶ τέλουc ἱππάδ' ἀμειψάμενοc.

Aristot. de Ath. rep. 7: *σημεῖον δὲ φέρουσι* (sc. *τοῦ ἱππάδα τελεῖν τοὺς ἱπποτροφεῖν δυναμένους*) *τό τε ὄνομα τοῦ τέλους ὡς ἂν ἀπὸ τοῦ πράγματος κείμενον καὶ τὰ ἀναθήματα τῶν ἀρχαίων. ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει εἰκὼν* [*Διφίλου*] *ἐ⟨φ' ᾗ ἐπ⟩ιγέγραπται τάδε· Διφίλου — ἀμειψάμενος. καὶ παρέστηκεν ἵππος ἐκμαρτυρῶν ὡς τὴν ἱππάδα τοῦτο σημα⟨ί⟩νουσ⟨α⟩ν* (*σημαίνει* corr. editor). Pollux 8. 131: *Ἀνθεμίων δὲ ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ θητικοῦ τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη καὶ εἰκών ἐστιν ἐν ἀκροπόλει ἵππος ἀνδρὶ παρεστηκώς· καὶ τὸ ἐπίγραμμα· Διφίλου — ἀμειψάμενος.*

v. 1. *ἵππον τόνδε* Poll., corr. editt. | Aristoteles ex memoria, opinor, referens exhibet pentametrum: *Διφίλου Ἀνθεμίων τήνδ' ἀνέθηκε θεοῖς* quem genuinum censet Kenyon; sed vix crediderim inscriptionem vetustam (*ἀναθήματα τῶν ἀρχαίων*) ex duobus pentametris constitisse. Exempla quidem id genus titulorum, quae Kaibel in ind. p. 702 affert, sunt recentissima. | *τόνδ' ἵππον*] *ἄνδρα παρεστηκότα* in versibus omitti non mirum; cf. n. 116, ubi item altera tantum pars donarii in titulo commemoratur. | *θεοῖς*] de hac synizesi cf. ad n. 60.

In anaglyphis saepius equi ad ordinem equestrem significandum additi sunt, cf. Goettling ind. lect. Ien. 1861 p. 7 (= opusc. acad. 243).

---

75. Athenis in academia. saec. IV. Speusippi.

Ἐνθά]δ' ἔθ[ηκε] θεὰc Χάριταc [Μού]cαιc[..cε..
Cπεύcιππ[οc cοφίαc εἵν]εκα δῶρα τελῶ[ν.

---

1) *ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν — ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Π. τειχισμοῦ*) *πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε.* — Id quod nunc dicit Wachsmuth (II 34), quinto saeculo vix licuisse archontibus nomina in publico opere inscribere, hoc cadit in titulos honorarios, non item in deis dicatos. [Cf. nunc W. Iudeich in ann. philol. 1890, 725.]

Philodem ind. acad. col. 6 ab imo 10 Buech.: *οὕτω ἐπιγέγραπται·* ... Appono ectypum sec. Voll. Hercul. alt. coll. I f. 162:

ΟΥΤ Ε ΤΡΑ ΤΑΙ
ΔΕΕ ΘΕΑCΧΑΡΙΤΑCΥ
CΑΙC CΕ CΠΕΥCΙΠ Τ
ΙΕΚΑΔΩΡΑΤΕ
ΛΩΙ

Cf. Laert. Diog. 4. 1: (*Σπεύσιππος*) *Χαρίτων ἀγάλματ' ἀνέθηκεν ἐν τῷ μουσείῳ τῷ ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι.*

Epigramma agnovit Bücheler cuius quae recepi sunt supplementa. — v. 1. B. proponit etiam *τάσ]δε θ[εῇσι] θεὰς* et *ἀνέθηκε* in clausula; sed displicet *θεῇσι* in Attico epigrammate quarti saeculi; in fine versus putabam *Μούσαισι παρέδρους* vel simile quid (*ὀπαδοὺς* R. Schoell, *ἑταίρας* Stadtm.) fuisse; sed litterae repugnare videntur spatio; fortasse *Μούσαισι λιγείαις*. Musas Gratiis sociari solere notum est, cf. A. Pal. VII 416 etc. ‖ v. 2. *σοφίης* suppl. B., debebat *σοφίας*. Cf. epigr. Larisae inventum IV. saec. in Mitt. d. Ath. Inst. 8, 23: *Μούσαις Εὐρυδάμας ἀνέθηκε υἱὸς Κρατεραίου· | τόμ ποτε μὴ λείποι τερψίχορος σοφία.* Kaib. 845, 3: *τοὔνεκα σοι σοφίας ἔδοσαν γέρας* (*Μοῖσαι*); Anth. Pal. VI 338 | *δῶρα τελῶν*] cf. Kaibel 877 a, 4 (add.).

76. Athenis in templo Iovis Eleutherii. III. saec.

Ἦδ' ἄρα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι Κυδίου ἥβην
ἀσπὶς ἀριζήλου φωτός, ἄγαλμα Διί,
ἇς διὰ δὴ πρώτας λαιὸν τότε πῆχυν ἔτεινεν
εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θοῦρος Ἄρης.

Pausan. 10. 21. 5 (ex eodem auctore quo in enarrandis bellis Galatarum usus est, v. Gurlitt Pausanias 339): *αὐτῶν δὲ Ἀθηναίων Κυδίας μάλιστα ἐγένετο ἀγαθός, νέος τε ἡλικίαν καὶ τότε ἐς ἀγῶνα ἐλθὼν πολέμου πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν τὴν ἀσπίδα οἱ προσήκοντες* (cf. Wachsmuth Athen II 1, 409 not.) *ἀνέθεσαν τῷ Ἐλευθερίῳ Διί, καὶ ἦν τὸ ἐπίγραμμα· ἦδ' ἄρα — Ἄρη. τοῦτο μὲν δὴ ἐπεγέγραπτο πρὶν ἢ τοὺς ὁμοῦ Σύλλᾳ καὶ ἄλλα τῶν Ἀθήνησι καὶ τὰς ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας.*

v. 1. *ἡ μαρδαλη* M, *ἡ μαρλαδ η* Ag, *ἡμαρλαδιη* Lb (?), *ἡ μάλα δὴ* rell. excepto Pc in quo epigr. initium evanuit; *ἧμαι δὴ* Iacobs, *ἅδ' ἄρα δὴ* Bergk opusc. II 286, quem secutus sum; *ἧμμαι δὴ* Hecker[2] p. 70 sq.; *σμερδαλέη ποθέουσα* Stadtm. Ad particulam *δή* cf. Kaib. 488 et 550 b, Anth. P. VII 192. | *νέαν ἥβην* | cf. K. 1. 3 *νεαρὰν ἥβην*. ‖ v. 3. *ἧς* et *πρώτης* Hecker | *τότε* Spengel; *ὁπότε* M Vab Pc Ag Lb, *ποτε* cett. ‖ v. 4. *θοῦρον* Va Pc M Lb (hi duo etiam *ἤκμασεν*), *θοῦρος* rell.; *Γαλατᾶν ἤχμασε θοῦρον Ἄρη* Bergk.

Cum Bergk etiam contra codicum auctoritatem Doricas formas exhibeat in epigrammate, Hecker omnia huius dialecti vestigia tollit, quia Cydias fuerit Atheniensis. Ego nihil mutavi: apparet enim ex

multis inde a tertio saeculo inscriptionibus, quas collegit R. Wagner in quaest. de epigr. 17 sq., si ad adolescentes et ad certamina spectabant epigrammata, saepe patriae dialecto admixtas esse formas Doricas.

---

77. Plataeis, in Dianae Eucleae templo. 479 a. C.

Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾷδ' αὐθάμερον.

Plutarch. Aristid. 20: . . *ἐκ δὲ Πλαταιέων Εὐχίδας ὑποσχόμενος ὡς ἐνδέχεται τάχιστα κομιεῖν τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ πῦρ ἧκεν εἰς Δελφούς. Ἁγνίσας δὲ τὸ σῶμα καὶ περιρρανάμενος, ἐστεφανώσατο δάφνῃ· καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὸ πῦρ, δρόμῳ πάλιν εἰς τὰς Πλαταιὰς ἐχώρει, καὶ πρὸ ἡλίου δυσμῶν ἐπανῆλθε τῆς αὐτῆς ἡμέρας χιλίους σταδίους ἀνύσας. Ἀσπασάμενος δὲ τοὺς πολίτας καὶ τὸ πῦρ παραδούς, εὐθὺς ἔπεσε καὶ μετὰ μικρὸν ἐξέπνευσεν. Ἀράμενοι δ' αὐτὸν οἱ Πλαταιεῖς ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος, ἐπιγράψαντες τόδε τὸ τετράμετρον· Εὐχίδας κτλ.*

πυθῶδε ll., corr. Schäfer | *τᾷδ'* ll., nisi quod *τάδ'* a. Cf. Meister gr. Dial. I 217 | *αὐθήμετον* ll., correxi.

Ingens sane mille stadiorum spatium Euchidam uno die i. e. viginti quattuor horis emensum esse auctor est Plutarchus. Neque autem est cur ei diffidamus: similia enim spatia hemerodromos, quos vocant, cucurrisse et scriptores[1]) tradunt et titulus Epidaurius (Ephem. epigr. 1885 p. 194):

Δρυμὸς παῖς Θεοδώρου ὀλυμπικὸν ἐνθάδ' ἀγῶνα
ἤγγειλ' αὐθῆμαρ δρομέων θεοῦ εἰς κλυτὸν ἄλσος
ἀνδρείας παράδειγμα, πατρὶς δέ μοι ἵππιον Ἄργος.

Distat autem Epidaurus ab Olympia CLV fere cilometra.

Ut igitur hoc recte Plutarchus mihi tradere videtur, sic eidem fidem derogo dicenti Euchidam reversum statim animam exhalasse, et publice in templo esse sepultum ibique ei epitaphium scriptum. Optime enim R. Schoell animadvertit titulum, quem Plutarchus nobiscum communicat, nequaquam sepulcralem esse sed dedicatorium, nullum enim vestigium inesse epitaphii. Quod quam recte iudicaverit,

---

1) Distant Delphi a Plataeis D stadia [Attico-Aeginetica] = 82 cilometra. De hemerodromis egit I. Lipsius in epistol. centuria singul. ad Italos et Hispanos n. 49. Qui affert praeter Phidippiden duobus diebus MCCLX stadia emensum Anystim (Plin. 7. 81), Philonidem (Plin. ib. et 2. 181), Indacum (Suid.), Philippum (Curtius 8. 10. 35). E quibus Philonides uno die (Plin. 7. 81 — quod idem 2. 181 dicit eum iter novem horis confecisse, hoc incredibile est —) ex Sicyone Elim cucurrisse traditur, quod spatium Plinius modo MCCCV, modo MCC stadia (CCXXXVII vel CCXVIII cilom.) esse dicit, ego in mappis CLX cilometra mensus sum, ut idem fere sit spatium quod Euchidae.

nunc ex titulo Epidaurio paene gemino facile videmus. Euchidas igitur in memoriam praeclari, quem fecerat, cursus tabulam titulumque dedicavit in templo Eucleae: inde mystagogi eam fabellam excogitaverunt quae exstat apud Plutarchum.

---

78. Plataeis. V. saec. Simonidis? (140 Bgk).

Τόνδε πόθ' Ἕλληνες Νίκης κράτει, ἔργῳ Ἄρηος,
  εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
  ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

Plut. Aristid. 19: *καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἂν ἐπέγραψαν οὕτως, εἰ μόνοι τρεῖς πόλεις ἠγωνίσαντο τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεζομένων· τόνδε κτλ.* Plut. de mal. Herodot. 42: *τέλος δὲ (Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι) τῷ βωμῷ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο γράφοντες ἐνεχάραξαν· τόνδε κτλ.* Anth. Pal. VI 50 (ex Meleagri corona): *εἰς ναὸν ἀνατεθέντα τῷ Διΐ* A | *Σιμωνίδου* A^ar et C. | Anth. Plan. *Σιμωνίδου.* Conf. Pausan. 9. 2. 5: *Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· . . . τοῦ Διὸς δὲ τόν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαν λευκοῦ λίθου.* Aristid. I p. 240 Ddf.: *βωμὸς Ἐλευθερίου Διὸς αὐτῷ τε τῷ θεῷ χαριστήριον καὶ τοῖς κατορθώσασι μνημεῖον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου τῶν ἔργων ἐστάθη, κοινὴν ἔχον παράκλησιν τοῖς Ἕλλησιν εἴς τε ὁμόνοιαν καὶ τὸ τῶν βαρβάρων καταφρονεῖν.*

v. 1. *ἕλλανες* Anth. Pal. | *νίκης κράτει* Plut. mal. H., *νίκας κράτει* Plut. Arist., *ῥώμῃ χερὸς* Anth. P. et Pl.; *Νίκης κράτει* Sintenis | *ἔργῳ Ἄρηος* | *πόθῳ ἄργεος* vel *ἄργος* cod. Fa et L Plut. Arist., *ἔργον Ἄρηος* Plan.; *νίκης κρατεῖ ἔργῳ Ἀ.* (ab adiectivo *κρατύς*) olim Schneidewin, sed ipse reiecit in delectu, *νίκας κρατερεργέος εἵνεκ'* Hartung, Gr. L. 6. 197, *νίκης κράτει, ἔρνος* vel *ὄζοι Ἄρηος* M. Schmidt Rh. M. 26 p. 200. ‖ **v. 2.** om. Plut. v. Arist. et cod. Par. de H. mal. | *λάματι* Anth. Pal. ‖ **v. 3.** *ἐλεύθερον* Anth. Pal. et Plan. et Plut. Arist. | *κόσμον* Anth. Pal. et Plan.

Non antiquum esse titulum Kaibel Rh. M. 28, 447 contendit, quia Pausanias (v. supra), cum sepulcra Atheniensium et Lacedaemoniorum epigrammatis Simonidis ornata afferat, de Iovis arae inscriptione ne verbum quidem faciat. Sed ex periegetae silentio nobis nunquam licere concludere quidquam luculenter demonstrat Olympia effossa (Gurlitt über Pausan. p. 197 et passim). Neque verisimile est aram bellis Medicis confectis consecratam (v. Frick ann. philol. Suppl. III p. 533) omni inscriptione caruisse.

Simonidem auctorem esse etsi sola Anthologia tradit, tamen

hoc lemma dialecto Ionica, quae alio modo vix explicari potest, confirmari mihi videtur. Anthologiae enim Palatinae Doricas quasdam formas et hic et in multis aliis epigrammatis tradenti fides deroganda est, cum *Ἄρηος* Dorice scriptum nullo modo queat versui adaptari, neque *λᾶμα* videatur Dorica esse forma.

---

79. Thebis in Apollinis Ismenii templo[1]). VI. fere saec.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἑλὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Herod. 5. 59: *Εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὅμοια ὄντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι. ὁ μὲν δὲ εἷς τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει· Ἀμφιτρύων — Τηλεβοάων. ταῦτα ἡλικίην εἴη ἂν κατὰ Λάϊον τὸν Λαβδάκου τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου.* Schol. Dion. Thrac. in B. A. p. 784, 29 = Cram. Anecd. Oxon. 4. 320, 5: *ἀλλὰ καὶ ἐν Πυθοῖ ἦν λέβης ἐπιγεγραμμένος· Ἀμφιτρύων — Τηλεβοάων.* Anth. Pal. VI 6: *εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ λέβητα ἐκ τοῦ Ἡροδότου* A in t, add. Lm[e]: *εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ λέβητα.*

ἀνέθηκεν ἐὼν Herod. Anth. (*ἐῶν* A[ac]), *λαβὼν* schol.; *ἔων* Iacobs „ab antiquo verbo *ἔω* eo“, *νέων* Bentley, *ἰὼν* Maffei (ars crit. lap.), *κίων* alii, *ἑῶν* Salmasius (duar. inscript. vet. Herodis Attici expl. p. 54), *ἐόντ'* vel (*ἀνέθηκ'*) *ἀνιὼν* Valckenaer, (*ἀνέθηκ'*) *ἐλθὼν* Bähr, *νεῶν* O. Müller, *λεὼ* Valla, *θεῷ* Stein, *ἔχων* vel *ἑλὼν* Meineke, hoc probat R. Unger qui fuse de his coniecturis virorum doctorum egit in Zeitschr. f. Altert. 1844 p. 233, cf. epigramma n. 94 *Φοῖβε ἄναξ, δῶρόν τοι ἑλὼν τόδ' Ὅμηρος ἔδωκα*; oraculum ap. Athen. 6. 232 f *πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο*; epigramma hexametrum esse negat Bergk opusc. 2. 399, ubi proponit *ἀνέθηκεν ‖ νηῶν* vel *νήσων*; idem quae Griech. Liter. 1. 385 hariolatur, de iis infra agam.

Falli videtur Bergk in eis quae de metro huius versiculi sacerdotum fraude haud multo ante Herodoti tempora ficti tripodique incisi disserit (Gr. Literaturg. 1. 385). Cum enim Herodotus duos, quos subiunxit, titulos Scaei et Laodamantis (n. 80) *ἑξαμέτρῳ τόνῳ* scripta esse dicat, inde sequi contendit ut in Amphitryonis epigrammate, quod primo loco affertur, poetam alio metro usum esse putaverit. Atque corruptum esse versum etiam ex Pausania colligi posse qui eundem tripodem memoraverit in Boeoticis 9. 10. 4: *ἐπιφανὴς δὲ μάλιστα* (sc. *ἐν τῷ Ἰσμηνίῳ*) *ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους ἐστὶν Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα ἐπὶ Ἡρακλεῖ δαφνηφορήσαντι.* Inde inscriptionem prisco quodam metro conscriptam hanc fere fuisse: *Τὠπόλλωνι | Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν | ὑπὲρ τοῦ παιδὸς |*

---

1) Nempe falsa tradunt grammatici et Anthol. *Πυθοῖ* dedicatum esse tripodem, quod ex dei nomine efficiebant.

ἐλὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. Sed minime licet, quod de metro nihil adnotat Herodotus, inde id concludere quod conclusit Bergk; immo cum Scaei et Laodamantis disticha non imparibus uterentur versibus quae forma Herodoti aetate in eiusmodi titulis vulgo valebat, sed ex duobus hexametris constarent, mentionem illam fecit de metro, quam omittere par fuit in primo epigrammate, quippe quod monostichon non discreparet ab aliorum monostichorum consuetudine. Neque omnino verisimile est sacerdotes finxisse unum atque eundem tripodem et ob victoriam de Telebois reportatam et propter Herculis daphnephoriam dicatum esse. Immo plane alium tripodem respexit Pausanias cuius titulum ipsum quoque exstare Bergkium latuit. Est autem in tabula in villa Albani servata p. 43 (Jahn-Mich.):

Ἀμφιτρύων ὑπὲρ Ἀλκαίου τρίποδ' Ἀπόλλωνι.
[Τοῦ]το[ν ὑπὲρ Ἡρ]ακλέους φασ[ὶν δαφ|νηφορήσαν|τος ἀν]ατεθῆναι·
τὸ γὰρ ἐ[ξ ἀρχ]ῆς οὐχ Ἡρακλῆ ἀλλ' Ἀλ[κ]α[ῖ]ον αὐτὸν καλεῖσθαι.[1])

80. Thebis, in Apollinis Ismenii templo. VI. fere saec.

a) (= n. 139) Cκαῖοc πυγμαχέων με Fεκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
νικήcαc ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲc ἄγαλμα.

b) Λαοδάμαc τρίποδ' αὐτὸν ἐϋcκόπῳ Ἀπόλλωνι
μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲc ἄγαλμα.

Herod. 5. 60: *ἕτερος δὲ τρίπους ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει· Σκαῖος — ἄγαλμα. Σκαῖος δ' ἂν εἴη ὁ Ἱπποκόωντος, εἰ δὴ οὗτός γε ἐστὶ ὁ ἀναθεὶς καὶ μὴ ἄλλος τὠυτὸ οὔνομα ἔχων τῷ Ἱπποκόωντος, ἡλικίην κατὰ Οἰδίπουν τὸν Λαΐου.* c. 61: *τρίτος δὲ τρίπους λέγει καὶ οὗτος ἐν ἑξαμέτρῳ· Λαοδάμας — ἄγαλμα. ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους μουναρχέοντος ἐξανιστέαται Καδμεῖοι.* Anth. Pal. VI 7. 8 bis lemma: *εἰς τὸν αὐτὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ* Am^c. Suid. s. v. *τεΐν* affert prioris epigrammatis versum secundum.

a) **v. 1.** *σκαιὸς* Anth. | *ἑκηβόλῳ* codd. ‖ **v. 2.** Imitatus est Lucian. Anth. XVI (app. Plan.) 164 *Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα* | *τέϊν* hic et

1) Thebae praeter cetera oppida ornatae fuisse videntur inscriptionibus quae ad fabulosa tempora spectabant: ad duos enim quos modo tractavi titulos accedit tertius Amphitryonis n. 205 et Laodamantis n. 80, Lini deinde epitaphium n. 18 et inscriptiones, quae ad Oncae Minervae templum et ad beatas insulas pertinent n. 204 et 206. — De alia ficta Alcaei inscriptione, quae num revera exstiterit ego dubito, vide Sext. Empir. adv. phys. I 36 p. 398 sq.: *ἦν μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ὥς φασίν, Ἀλκαῖος τοὔνομα, ὑπέδραμε δὲ τὴν Ἡρακλέους προσηγορίαν νομιζομένου παρὰ τοῖς τότε θεοῦ. ὅθεν καὶ ἐν Θήβαις λόγος ἔχει πάλαι ποτὲ ἀνδριάντα ἴδιον Ἡρακλέους εὑρῆσθαι ἐπιγραφὴν ἔχοντα· Ἀλκαῖος Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλεῖ χαριστήριον.*

infra Anth. A^{ar}, corr. C; τεῒν est dativus pronominis = σοι cuius appositio est Ϝεκηβόλῳ Ἀπόλλωνι; cf. Kaibel EG 275 ἧ τεῦξεν ἐμοί et vetustum Euboeicum titulum IGA 7 . . ὅ]ς μ' ἐποίησεν | τόνδε β]όλον κτλ. Adverbium esse τεῒν = τεῒνδε (Theocr.) τεῖδε τῇδε vult Bergk (gr. Liter. 1. 204 et ad Theogn. 467), sed vocalium diaeresis quomodo in hoc adverbio explicari possit nescio.

b) v. 1. αὐτὸν codd., αὐτὸς Schweigh., αὐτόθ' Stein, αἴθὸν Stadtmüller ann. philol. 135 p. 542 coll. Pind. P. 8, 46; ὦτον Bgk. quod num pro ὠτωέντα usurpari possit dubito; neque intellego quomodo OFATON — sic enim, non ΩTON in lapide scriptum fuisse contendit — metro adaptetur ‖ v. 2. μουνομαχέων? Stadtmüller.

Maffeius in Arte critica lapidaria p. 22 primus quod sciam eis, quae de aetate titulorum Herodotus tradit, fidem derogavit et epigrammata sacerdotum fraude haud multo ante illius tempora ficta tripodibusque incisa esse contendit. Hanc Maffei opinionem quam Wolf Westermann alii amplexi sunt, reiecit Bergk (gr. Lit. 1. 204 et ad Theogn. 467) et epigrammata quae inter vicesimam et tricesimam olympiada scripta essent non ad fabulosos illos heroes, sed ad pugilem quendam Scaeum et ad Laodamanta magistratu functum cui *μόναρχος* nomen esset spectare contendit. Ego in Scaei quidem epigrammate Bergkium rem acu tetigisse censeo; cum enim ipse Herodotus ambigat utrum tripus referendus sit ad priscum illum Hippocoontis filium necne, inde id certe licet colligas non adeo celebratum illum fuisse fabulis ac narrationibus ut ei falsus tripus cum epigrammate a sacerdotibus subditus esse putandus esset. De Laodamantis vero titulo Bergkii sententiae non possum accedere. Neque enim unquam Thebis iis temporibus quorum certam habemus memoriam, *μόναρχος* magistratus nomen exstitit, alterius autem civitatis *μουναρχέοντα*[1]) propterea quod hoc ipso munere functus esset, Thebano Apollini dono tripodem dedisse veri est dissimillimum. Huc accedit quod cum nomine *Λαοδάμας* ionica forma *μουναρχέων* non convenit. Immo certe nemo alius significatur quam quem dicit Herodotus, Laodamas Eteoclis filius idemque Thebanorum rex. Cuius nomini cum tripodem suppposituri essent sacerdotes et idoneam circumspicerent inscriptionem, donarii in eodem templo collocati titulo ad eam conficiendam abuti non dubitaverunt. Neque enim negari potest id quod obiter monuit Iacobs (animadv. ad Anth. gr. III 1 p. 372) falsarium quam diligentissime etsi parum feliciter Scaei epigrammatis legisse vestigia. Quid? Laodamantis nomen cum non totidem syllabis contineretur quot verba *Σκαῖος πυγμαχέων*, lacunam ille versificator vocabulis *τρίποδ' αὐτὸν* inserendis inepte explevit et cum pronominis *αὐτὸν* syllaba posterior ante *Ϝεκηβόλῳ* corripi ne-

---

1) Exstitit magistratus *μόναρχος* in una Co insula, de quo egit Dittenberger in ind. Hal. 1885/86 p. XIII sqq.

quiret, epitheton εὐσκόπῳ in eius substituit locum: cave enim putes ob ullam aliam causam εὐσκόπῳ pro ϝεκηβόλῳ poetam dixisse, quod adiectivum Mercuri et Dianae nomini nec vero Apollinis adponi memini.

---

81. In monte Helicone; ante Alcidamantem?

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκεν
ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Certamen 205 Ni.: *Τῆς μὲν οὖν νίκης οὕτω φασὶ τυχεῖν τὸν Ἡσίοδον καὶ λαβόντα τρίποδα χαλκοῦν ἀναθεῖναι ταῖς Μούσαις ἐπιγράψαντα· Ἡσίοδος κτλ.* Dio Chrysost. p. 76 R. (1 p. 21 Dind.): *οὐκ ἀκήκοας τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν Ἑλικῶνι ἐπὶ τοῦ τρίποδος· Ἡσίοδος κτλ.*; Proculi chrest. p. 232, 20 W.: *ἄθλιοι δὲ οἱ τὸ αἴνιγμα* [*ἐπίγραμμα* corr. Christ Literaturg.[1] 66, 3] *πλάσαντες τοῦτο· Ἡσίοδος κτλ. ἀλλὰ γὰρ ἐπλανήθησαν ἐκ τῶν Ἡσιοδείων Ἡμερῶν. ἕτερον γάρ τι σημαίνει* (sc. *Ἡσίοδος ἐν ἡμ.* 657). Anth. Pal. bis: VII 53 (1): *εἰς τοῦ αὐτοῦ Ἡσιόδου ἀνάθημα* A (lemma iteravit Lm[e]: *εἰς ἡσίοδον*) et inter anathematica p. 207 (2), quo loco et lemma (m[e]) *ἀνάθημα Ἡσιόδου* et epigramma a C scriptum est.[1]) Anth. Plan.: *ἀναθηματικὸν εἰς αὐτόν.* — Liban. apol. Socr. III p. 22 R.: *ἠγωνίσατό ποτε Ὁμήρῳ Ἡσίοδος καὶ τοῦτο αὐτὸς Ἡσίοδος ἐν ἐπιγράμματι διδάσκει φιλοτιμούμενος καὶ λέγων νενικηκέναι τὸν Ὅμηρον.* Gell. 3. 11. 3: M. Varro in primo de imaginibus . . dicit . . non esse dubium quin aliquo tempore eodem vixerint (Homerus et Hesiodus) idque ex epigrammate tripodis ostendi, qui in monte Helicone ab Hesiodo positus traditur. Schol. ad Hesiod. opp. 652: (*Πλούταρχός φησι·*) . . *νικῆσαι δὲ ἀγωνιζομένων τὸν Ἡσίοδον καὶ ἆθλον μουσικὸν τρίποδα λαβεῖν καὶ ἀναθεῖναι τοῦτον ἐν Ἑλικῶνι, ὅπου καὶ κάτοχος ἐγεγόνει ταῖς Μούσαις καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τούτῳ θρυλλοῦσι.* — Cf. Paus. 9. 31. 3: *Ἐν δὲ τῷ Ἑλικῶνι καὶ ἄλλοι τρίποδες κεῖνται καὶ ἀρχαιότατος ὃν ἐν Χαλκίδι λαβεῖν τῇ ἐπ' Εὐρίπῳ λέγουσιν Ἡσίοδον νικήσαντα ᾠδῇ.*

Medii aevi versiones exstant in CIL III 1 p. 32* (287*). Epigramma in lapide se invenisse mentitus est Cyriacus Anconitanus, v. Mommsen Jahrbuch d. k. pr. Kunstsamml. IV (1883) p. 78.

v. 1. *ἡσίοδον* Anth. P. 1 A[ar], corr. C | *Μούσῃς* Rzach | *ἑλικωνίσι τᾶιδ'* (C[pc], *τάδ'* C[ac]) Anth. P. 2, *ἑλικωνιάσι τῷδ'* Anth. P. 1, *ἑλικωνίσι τῇδ'* Anth. Plan. |

---

1) „P. 215 et 216 scripsit A epigramma inter sepulcralia (VII 53), sed C utrique versui add. ab initio et in fine signum ϙ, i. e. obelum suum quo epigramma hoc loco delendum iudicavit (cf. ann. philol. 139 p. 756). Etenim ipse C scripsit epigramma inter anathematica p. 207 in margine superiore cum lemmate (m[e]) *ἀνάθημα ἡσιόδου.*" Stadtmueller.

ἀνέθηκα Anth. Pal. utroque loco et Plan. || v. 2. ὕμνον Proculi cod. M | χαρκίδι Anth. Pal. 1 | δῖον Proculi cod. E.

In libello qui inscribitur de Homeri et Hesiodi certamine, inde a lin. 51 N. primum altercationes horum poetarum memorantur, deinde quos uterque versus utpote pulcherrimos suorum carminum pronuntiaverit. Quibus enarratis subiungitur epigramma ab Hesiodo in tripode Delphico inscriptum, in quo poeta non altercatione, non illis Operum versibus, sed hymno vicisse dicitur. Inde sequitur epigramma sive ab Alcidamante (Rh. M. 25, 528 sqq.) sive a posteriore editore aliunde sumptum et inepte narrationi subiectum esse. Pertinebat autem ad aliam fabulae versionem quam eandem invenimus apud Hesiodi interpolatorem Opp. 656:

ἔνθα μέ φημι
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ᾽ ὠτώεντα·
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃς Ἑλικωνιάδεσσ᾽ ἀνέθηκα.

Hos versus imitatus est epigrammatis poeta, cf. Rohde Rh. M. 36, 421 not.

Atque tripodem Hesiodi in monte Helicone ostendi Pausanias periegeta tradit, in quo epigramma inscriptum fuisse etsi ille dicere omisit, tamen nos reliquis testibus credere oportet; v. ad ep. n. 78.

---

82. Prope Coroneam. 411 a. C.

Οἵδ᾽ ἀπὸ πεντήκοντα νεῶν θάνατον προφυγόντεϲ
πρὸϲ ϲκοπέλοιϲιν Ἄθω ϲώματα γῇ πέλαϲαν
δώδεκα, τοὺϲ δ᾽ ἄλλουϲ ὄλεϲεν μέγα λαῖτμα θαλάϲϲηϲ
νῆάϲ τε ϲτυγεροῖϲ πνεύμαϲι χρηϲαμέναϲ.
⟨Duodecim nomina.⟩

Diodor. 13. 41 Spartiatarum classem Epicle duce paene totam deletam esse postquam narravit, sic pergit: *δηλοῖ δὲ τὸ περὶ τούτων ἀνάθημα κείμενον ἐν τῷ περὶ Κορώνειαν νεῷ, καθάπερ φησὶν Ἔφορος, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον ταύτην· οἵδ᾽ — χρησαμένας.*

De re v. Grote Gesch. Griechenl. IV p. 394 n. 20 (Meissner); de dialecto versuum prolegg. § 9.

---

83. Delphis. V. saec. Simonidis? (141 Bgk).

Φημὶ Γέλων᾽ Ἱέρωνα Πολύζηλον Θραϲύβουλον,
παῖδαϲ Δεινομένευϲ, τὸν τρίποδ᾽ ἀνθέμεναι
ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων
*Δαρετίου χρυϲοῦ, τῆϲ δεκάτηϲ δεκάτην,
βάρβαρα νικήϲανταϲ ἔθνη, πολλὴν δὲ παραϲχεῖν
ϲύμμαχον Ἕλληϲιν χεῖρ᾽ ἐϲ ἐλευθερίην.

Schol. Pind. pyth. I 155: *Φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀδελφοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας ἐπιγράψαντα ταῦτα· φημὶ — ἀνθέμεναι* et *βάρβαρα — ἐλευθερίην*. Anth. Pal. VI 214: *Ἀνάθημα τοῦ αὐτοῦ* A | *Σιμωνίδου* C: *Φημὶ — δεκάταν*. Inde Suidas s. v. *Δαρετίου· τὸν τρίποδ' — δεκάταν.*

v. 1. Loquitur inscriptio ipsa, cf. n. 148 | *φαμὶ* et *Πολύξαλον* Schneidew. || v. 2. *Διομένευς* Anth. | *τοὺς τρίποδας θέμεναι* schol. consentiens cum suis ipsius verbis, sed unum fuisse tripodem praeter Anthologiam etiam a Diodoro 11, 26 docemur | *ἀνθέμεθα* cod. E Suidae || v. 3 et 4 om. schol. | *ἑξ* Boeckh, at *ἑξ* non adversari Graecorum linguae demonstravit Hultsch 25. Philologenvers. l. i. l. *λιτρᾶν* Schneidew. || *Δἀρετίου* Anth. (A, sed signum corruptelae adiecit C) Suid.; *Δαμαρετίου* Bentleius, sed adiectivum est *Δαμαρέτειος*; *Δαμαρέτου* Bergk, *Λαρετίου* Meineke ad Soph. Oed. Col. p. 316 *λᾶος* pro *δᾶμος* itaque *Λαρέτιος* pro *Δαμαρέτειος* poetam usurpasse ratus. Nomen *Λαρέτα* occurrit in inscriptione Kaib. 629. *Δαρείου* Wesseling, *Δαρεικοῦ* O. Müller Amalthea III 27 | *τὰς δεκάτας δεκάταν* Anth. et inde Suid. nisi quod *τᾶς* Suidae codd. praeter VC, et pro *δεκάταν* eidem VC *δεκάτας*, A *δεκα̃*τ || v. 5. *νικάσαντας, πολλὰν* et v. 6. *Ἕλλασιν* et *ἐλευθερίαν* Schneidew. | *σπουδῇ δὲ παρασχεῖν* Bergk, v. comment.; *Σικελὴν δὲ παρασχεῖν* Stadtmueller, *κοινὴν δὲ π.* Pollak; fort. *πολλὴν δὲ παρέσχον.*

Titulus crepidini tripodis aurei insculptus erat, quem post Carthaginienses ad Himeram victos Dinomenis filii Apollini Delphico dedicaverunt.

Quaeritur autem quid velit corruptum illud in v. 3 *Δαρετίου χρυσοῦ*. Atque vix potest dubitari quin poeta spectet ad Damaretam Gelonis uxorem sive cum Bentleio *Δαμαρετίου* sive cum Meinekio *Λαρετίου χρυσοῦ* legimus. Sed quod idem Bentleius censuit his verbis Damareteum Siculorum nummum qui ab regina nomen duxit significari, hoc frustra a Bergkio et in conventu philologorum Halensi (acta 1868 p. 25 sqq.) et in PL. III[4] p. 486 defensum est; nam clare et distincte Hultsch in dissertatione quam edidit de Damareteo Syracusanorum nummo[1]) argenteum illum fuisse ostendit: neque fuerunt omnino illa aetate in Sicilia nummi aurei.[2]) Cum igitur nummum verbis *Δαμαρετίου* vel *Λαρετίου χρυσοῦ* non significatum esse constet, ad aliam coniecturam confugiendum est. Atque legimus apud Diodorum Siculum 11. 26 Carthaginienses Damaretae reginae coronam auream donasse quod eos in pace facienda adiuvisset. Hac igitur corona putamus praedam quae ex toto bello tyrannis affluxit auctam et ex ea aucta decimam ut fieri solebat deis destinatam esse; unde et alia donaria deis collocata sunt et ex decima rursus eius decimae particula Apollini Delphico donum positum est, aureus scilicet de quo agitur tripus: ad hunc conficiendum pars auri a Damareta praedae

1) Progr. gymn. hl. Kreuz Dresden 1862 et acta convent. phil. l. l. p. 39 sqq.
2) Holm hist. Sicil. I 416 sqq., Weil in Baumeisteri monument. II 957.

adiecti consumebatur.[1]) Atque notatu dignum Gelonem praeter fratres (cf. Pind. schol.) his verbis uxorem sociam sumpsisse dedicationis.

Erat autem tripus quinquaginta talentum et centum litrarum, quam vocem Siculam argenti pondera significantem hic de auri ponderibus usurpari adnotat Hultsch act. philol. l. l. Quodsi Diodorus 11. 26 tradit pondus tripodis fuisse viginti sex talentum, id cum epigrammate cuius multo locupletius testimonium est conciliari nequit ideoque plane reiciendum est.[2])

Offenditur denique Bergk tertii distichi vanitate verborum, cum certum esset Sicilienses tyrannos nulla auxilia Graecis adversus Persas pugnantibus misisse. Certe Siculi non cum Graeciae civitatibus contra Xerxem profecti sunt, sed adiuverunt eas impugnando Carthaginienses, qui secundum haud ita spernendos auctores, Ephorum dico et Timaeum, cum Persis societatem inierant. Optime igitur et Simonides Siculos Graecis auxilium tulisse dicere poterat et Pindarus Hieronem *Ἑλλάδ' ἐξέλκειν βαρείας δουλείας*: cf. Holm l. c. p. 210.

In lemma Anthologiae, quo Simonidi epigramma tribuitur, idem cadit quod in lemma ep. 78, ubi videsis.

---

84. Delphis. V. saec. Simonidis (138 Bgk).

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

Thuc. 1. 132: ... *καὶ ὅτι (Παυσανίας) ἐπὶ τὸν τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε· Ἑλλ. — τόδε. τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἔστησαν τὸ ἀνάθημα.* Inde Ps. Dem. in Neaer. 97: *ἐφ' οἷς φυσηθεὶς Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπέγραψεν ἐπὶ τὸν τρίποδα ἐν Δελφοῖς ... Ἑλλ. — τόδε, ὡς αὐτοῦ τοῦ ἔργου ὄντος καὶ τοῦ ἀναθήματος κτλ.* Item ex Thuc. Plut. de Her. mal. 42: *καὶ μὴν Παυσανίας, ὥς λέγουσιν, ἤδη τυραννικὰ φρονῶν ἐπέγραψεν ἐν Δελφοῖς· Ἑλλ. κτλ.* Aristodem. p. 355 Wescher (= FHG V p. 7): *(Παυσανίας) ... τρίποδα ἀναθεὶς τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι ἐπίγραμμα*

---

1) Paulo aliter explicat locum Hultsch de Damareteo p. 16. Quem contra moneo, si corona illa aurea praedae adiecta non esset, tripodem dici non posse decimae decimam; atque reginam si invidiam quam corona accepta se sibi contraxisse putaret, removere voluisset, suo ipsam nomine tripodem dedicaturam fuisse.

2) Cf. de hac quaestione Holm hist. Sicil. I 417 et Meltzer hist. Carth. I 502.

ἔγραψε πρὸς αὐτὸν τοιοῦτον· Ἑλλ. κτλ. Suid. s. v. Παυσανίας . . ὃς μετὰ Πλαταιὰς τρίποδα ἀναθεὶς τῷ Ἀπόλλωνι ἐπέγραψεν· Ἑλλ. κτλ. Anthol. Pal. VI 197: ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι παρὰ Παυσανίου (παυσανία A[ar], corr. C) A in t | Σιμωνίδου A m[e] | εἰς Παυσανίαν C m[e]. Arsen. VII 9 d.

Respiciunt Corn. Nep. Paus. 1: primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset epigrammate inscripto, in quo haec erat sententia: suo ductu barbaros apud Plataeas esse deletos eiusque victoriae ergo Apollini donum dedisse. Aristid. II p. 175 (p. 234 Dind.): ὥστ' ἐκεῖνον (i. e. Μιλτιάδην) προσῆκεν ἐπιγράφειν ὅτι στρατὸν ὤλεσε Μήδων. αὐτοῦ γὰρ ὡς εἰπεῖν τὸ ἔργον· καὶ τό γε τούτου πρότερον Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἀκριβῶς ἥρμοττεν αὐτῷ· . . . ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα πράξας ἠπίστατο σωφρονεῖν καὶ οὐδεὶς αὐτοῦ κατηγόρησε τοιοῦτον οὐδὲν οἷα Παυσανίας πολλὰ κατηγορήθη. Cf. schol. ad h. l. III p. 569 Ddf.[1])

v. 1. Ἑλλάνων ἀρχαγὸς et ὤλεσα Anth. || v. 2. μνᾶμ' et ἀνέθηκα Anth.

Secundum Thucydidis verba facile quis putet epigramma Pausaniae in ea ipsa tripodis parte inscriptum fuisse, in qua postea nomina civitatum Graecarum insculpta sunt. Quam partem, columnam striatam etiam nunc exstare Constantinopoli constat, sed nulla vestigia erasi epigrammatis inesse contra Déthier et Mordtmann (Abh. d. Wien. Akad. 13 p. 3 sqq.) statuit qui nuper monumentum accurate examinavit, Fabricius (Jahrbuch d. deutsch. Inst. I p. 176 sqq.): cui testi oculato nos credere par est (cf. ad n. 85). Fuerat igitur titulus aut in alia tripodis parte aut quod veri similius in crepidine marmorea.

Atque Thucydides et reliqui historici, quis sit auctor epigrammatis, non addunt: etenim pendent a monumento ipso, in quo eius nomen insculptum non erat (v. proll. § 11 fin.). Simonidem autem esse poetam tradunt Anthologia (v. test.) et Pausanias 3. 8. 2: ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δή, καὶ ἔτι πρότερον Παυσανίᾳ τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι Σιμωνίδης τῷ ἀνατεθέντι ἐς Δελφοὺς κτλ. Ex quorum consensu id quidem sequitur epigramma fuisse in Simonideorum collectione. Inde enim, non ex florilegio periegetam hausisse existimandum est qui cum alios veteres poetas tum Simonidem bene calluit (cf. 1, 2, 3 et n. 124 et 179). Irritum sane Kaibelii inceptum liberare poetam vilis ingenii crimine[2]): nam qui Pisistratidarum amicus (Plat. Hipparch. p. 228 C, Ael. v. h. 8. 2, inprimis

1) Ad tripodem ipsum multi alii loci respiciunt: cf. Frick ann. philol. suppl. III 485 sqq., A. Bauer Wiener Studien IX 224 sqq.

2) Rh. Mus. 28, 448, qui epigramma Simonidi abrogat; sed cf. quae de lucri Simonidis cupiditate congessit Sternbach meletemata Graeca I Vindob. 1886 p. 138 sqq.

Aristot. Ath. rep. 18 et ep. n. 31) idem non veritus est Atheniensibus epigramma suppeditare quod in crepidine statuarum Harmodii et Aristogitonis inciderent (ep. 152), eum multo facilius iudicabimus et Pausaniae sibi victoriam vindicanti titulum fecisse et Graecos omnes elegiis et epigrammatis ob bella Persica celebrasse. Neque testimonia veterum de necessitudine quae erat inter Simonidem et Pausaniam (Schneidewin ed. Sim. p. XIX) tam facile possunt removeri quam putat Kaibel.

---

85. — V. saec.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ᾽ ἀνέθηκαν
δουλοσύνας στυγερᾶς ῥυσάμενοι πόλιας.

Diodor. 11. 33: *Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφοὺς χαριστήριον τῷ θεῷ ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε· Ἑλλάδος κτλ.* Arsen. 118: *Ἑλλάδος κτλ.*

v. 2. *δουλοσύνης* Diod.

Falsa tradit Diodorus cum dicat hoc epigramma in illo tripode quem Graeci post bella Persica Apollini Delphico dicaverunt, inscriptum esse; nam et Thucydides 1. 132 post erasam Pausaniae inscriptionem sola nomina civitatum insculpta esse dicit idemque Nepos Pausan. 1: „hos versus Lacedaemonii exsculpserunt neque aliud scripserunt quam nomina earum civitatum quarum auxilio Persae erant victi.“ Assentiturque quae Constantinopoli exstat, tripodis columna, in qua nominibus nihil nisi quattuor verba *τοίδε τὸν πόλεμον ἐπολέμεον* praemissa sunt (Fabricius Jahrbuch d. k. d. arch. Inst. I 176 sqq.) quae Thucydides Neposque ut re ipsa postulata merito neglexerunt. Quam ob rem et Frick annal. Suppl. III p. 503 et Göttling Ges. Abh. II 76 subditicium esse epigramma et recentioribus temporibus fictum censuerunt; Kaibel Rh. M. 28 p. 449 sq. 'in ipsius tripodis usum fortasse confectum' neque tamen inscriptum putat, Bergk (Simon. 139) conicit multis annis post aureo tripode sublato hoc epigramma incisum esse in columnae striatae crepidine, cum bello Phocensi tandem composito Delphicum templum instauraretur: quae coniecturae nullam habent probabilitatis speciem. Fabricius denique Nepotis verborum plane oblitus Thucydidem (v. testim. ad ep. 84) ita explicare conatur, ut is eorum opinioni, qui epigramma tripodi insculptum fuisse arbitrantur, adversari non videatur. Neque enim historicum de anathematis Graecorum agere, sed de rebus Pausaniae: „Die Fassung des älteren Epigramms, die eine der Hauptanschuldigungen gegen den Spartanerkönig gebildet hat, mufste Th. natürlich wörtlich mitteilen, während alle ausführlichen Angaben

über die zweite Aufschrift als nicht zur Sache gehörig den Zusammenhang nur störend unterbrochen hätten.“ (l. l. p. 181). Quod si recte disputatum esset, cur tandem Thucydides verba *ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ — ἀνάθημα* adiunxit? Duo vel tria verba addita (*ἐπέγραψαν* ⟨*ἄλλο ἐπίγραμμα καὶ*⟩ *ὀνομαστὶ κτλ.*) certe contextum non magis interrupissent quam quae nunc legimus.[1])

Hoc igitur, opinor, constat distichum quod Diodorus tradit, post pugnam Plataeensem in tripode illo aureo insculptum non esse. Restat ergo ut historicum neglegentiae arguamus et epigramma alii Graecorum donario sive Delphis sive alibi collocato vindicemus: quorum magnum numerum post bella Persica dedicatum esse scimus (cf. Aristid. 13 p. 148 et E. Curtius Göttinger Nachr. 1861, 380 sqq.).

Simonidi cur cum Schneidewino epigramma attribuamus, nulla est causa.

86. Delphis. V. saec.

Μνᾶμά τ' ἀλεξάνδρου πολέμου καὶ μάρτυρα νίκας
  Δελφοί με cτᾶcαν Ζανὶ χαριζόμενοι,
cὺν Φοίβῳ πτολίπορθον ἀπωcάμενοι cτίχα Μήδων
  καὶ χαλκοcτέφανον ῥυcάμενοι τέμενοc.

Diodor. 11. 14: .. *οἱ δὲ Δελφοὶ τῆς τῶν θεῶν ἐπιφανείας ἀθάνατον ὑπόμνημα καταλιπεῖν τοῖς μεταγενεστέροις βουλόμενοι τρόπαιον ἔστησαν παρὰ τὸ τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱερόν* (ubi terga vertisse Persas brevi ante tradit Diodorus), *ἐν ᾧ τόδε τὸ ἐλεγεῖον ἐνέγραψαν· μνᾶμά τ' — τέμενος.*

v. 1. *μνᾶμα μ'* FL, *μνάμαν* Reiske | *μνάμα ξέρξου* P ‖ **v. 2.** post *χαριζόμενοι* interpunxit Iacobs, post *Φοίβῳ* vulgata, ut *Ζανὶ σὺν Φοίβῳ χαρ.* significet Iovi et Apollini gratias agentes; neque tamen liquet cur poeta non dixerit *καὶ Φοίβῳ*; cf. quae exposuit Pomtow J. J. 129 p. 239 sq. ‖ **v. 3.** *ἀπωσαμένοις* et **v. 4.** *ῥυσαμένοις* (i. e. *Ζανὶ σὺν Φοίβῳ*) Valckenaer ad Her. VIII p. 637, 6 ‖ **v. 4.** *χαλικοστέφανον* Wieseler Philol. 21, 275, sed *χαλκοστέφανος* est „aereis statuis ornatus“ v. Bgk. III[4] 516 | *τέμενος* sc. *Ἀθηνᾶς Προνοίας.*

Herodoti aetate tropaeum nondum exstructum fuisse viri docti ex eius silentio (8. 39) rectissime collegerunt (v. Wieseler Philol. 21 p. 275, Pomtow J. J. 129 p. 241 alios). Immo videtur aliquanto postquam ille Delphos venit (c. 450 — 440), sed ante Ephori, ex quo Diodorus haec transcripsit, tempora erectum esse (v. Pomtow l. l., Bgk. III[4] 516). Qua re facile apparet haud probabilem esse Schneidewini

---

1) Quodsi idem Fabricius in Olympico quoque donario epigramma praeter nomina inscriptum fuisse putat, haec coniectura bene ab A. Bauero refutata est Wien. Stud. IX p. 224.

coniecturam Simonidi epigramma tribuentis (Sim. rell. p. 177 sq.). — Ceterum memoratu dignum honorari hoc tropaeo Homericam illam deorum triadem: Iovem Apollinem Minervam.

---

87. Delphis. V. saec. exeunte.

Ὑγρᾶς καὶ τραφερᾶς βασιλεὺς Ἆγίς μ' ἀνέθηκε.

Plut. de tranqu. anim. 6: *οὐκ ἀνέγνωκας οὖν τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν Δελφοῖς· ὑγρᾶς — ἀνέθηκε.*

τρυφερᾶς cod.; corr. Salm.

---

88. Delphis. IV. saec.

Σοὶ τόδ' Ἀλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιάν,
κάνθωνος Σκυθικοῦ, χρῆμά τι δαιμόνιον,
ὃ Στυγὸς ἀχράντῳ Λουσηΐδος οὐκ ἐδαμάσθη
ῥεύματι, βάσταξεν δ' ὕδατος ἠνορέην.

Stob. flor. I c. 49, 52 (Wachsm. p. 421, 11; ex Porphyrio *περὶ Στυγός*): *Φίλων γὰρ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν περὶ θαυμασίων ἐν Σκύθαις φησὶν ὄνους γίγνεσθαι κέρατα ἔχοντας, ταῦτα δὲ τὰ κέρατα δύνασθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ* (sc. *τῆς Στυγός*) *διαφέρειν· καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωπάτρου κέρας τοιοῦτο ὃ καὶ ἀνατεθῆναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι· σοὶ — ἠνορέην.* Aelian. nat. an. 10. 40: *Τούτων τοι τῶν κεράτων* (*τῶν Σκυθικῶν ὄνων*) *ἓν ὑπὸ Σωπάτρου κομισθῆναί φασιν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ ἐκεῖνον πυνθάνομαι θαυμάσαντα ἐς Δελφοὺς ἀνάθημα ἀναθεῖναι τῷ Πυθίῳ τὸ κέρας καὶ ὑπογράψαι ταῦτα· σοὶ — ἠνορέην.*

v. 2. *σχῆμα τὸ* Ael., *κτῆμα τὸ* Gesner teste Cougny ‖ v. 3. *ἀχράντου* Stob. Farn. et Pares.; corr. Brunck | *Λουσηθίδος* Ael. secundum Iacobsi edit., sed *Λουσηΐδος* sec. Hercheri; idem Stobaeus. Est adiectivum oppidi *Λουσοί*, cf. Paus. 8. 18. 2.

Nonnulli scriptores (Vitruvius 8. 3. 16, Curtius 10. 10. 31, Paus. 8. 18. 6) de Alexandro Magno et cornu asini Scythici narrationem produnt diversam ab ea quam Stobaeus et Aelianus exhibent. Fabulantur enim regem aquam Stygiam a Sopatro sive Antipatro cornu asini sive mulina ungula oblatam bibisse eaque necatum esse. Cf. etiam Göttling Ges. Abh. II 276 sqq. et de Stygiae aquae vi pestifera Curtius Peloponnes I 213.

---

89. Delphis. Ante III. a. C. saec.

Θάηςαί μ'· ἐτεὸν γὰρ ἐν Ἰλίου εὐρέι πύργῳ
ἦν, ὅτε καλλικόμῳ μαρνάμεθ' ἀμφ' Ἑλένῃ·
καί μ' Ἀντηνορίδης ἐφόρει κρείων Ἑλικάων·
νῦν δέ με Λητοΐδου θεῖον ἔχει δάπεδον.

Athen. 6. 232 c: *ἱστορεῖ τὰ αὐτὰ* (i. e. Hieronem primum aurea donaria Delphico deo dedicasse) *καὶ Φαινίας ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων* (FHG II 297), *ὡς χαλκῶν ὄντων τῶν παλαιῶν ἀναθημάτων καὶ τριπόδων καὶ λεβήτων καὶ ἐγχειριδίων, ὧν ἐφ' ἑνὸς καὶ ἐπιγεγράφθαι φησίν· θάησαι κτλ.*

v. 2. comma post *ἦν* delet Hecker² 34, ut *ἦν ὅτε* sit = *ποτὲ* et verbo *μαρνάμεθα* pugio loqui fingatur; sed verisimile non est versu primo et tertio singularem numerum de pugione usurpatum esse, pluralem secundo versu. Immo pluralem *μαρνάμεθα* et de pugione et de aliorum armis intellegi voluisse poetam recte adnotat Stadtmueller. ‖ v. 3. Cf. Hom. *Γ* 123.

Epigramma a sacerdotibus Delphicis sancta fraude effictum et aut pugioni ipsi aut eius basi inscriptum est: sed temere omiserunt donatorem quoque ementiri, qui in genuinis epigrammatis dedicatoriis deesse non solet, cf. prolegg. § 6 not.

90. Delphis. Ante III. a. C. saec.

Χάλκεός εἰμι τρίπους, Πυθοῖ δ' ἀνάκειμαι ἄγαλμα·
καί μ' ἐπὶ Πατρόκλῳ θῆκεν πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Τυδείδης δ' ἀνέθηκε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
νικήσας ἵπποισι παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον.

Athen. 6. 232 c postquam epigramma praecedens attulit, ita pergit: *ἐπὶ δὲ τρίποδος, ὃς ἦν εἷς τῶν ἐπὶ Πατρόκλῳ ἄθλων τεθέντων· χάλκεος κτλ.* Eust. ad *Ψ* 510 p. 1313, 45: *τρίποδα . . ὃν εἰκὸς ὑπὸ Διομήδους ἀνατεθῆναι ὕστερον ἐν Δελφοῖς, ὡς δῆλον ἐξ ἐπιγράμματος τοῦδε· χάλκεος κτλ.* Anth. Pal. VI 49 quasi duo carmina: *ἀνάθημα τῇ Πυθοῖ παρὰ Ἀχιλλέως* Am^c: *Χάλκεός — Ἀχιλλεύς* cum clausulae signo. Tum *ἀνάθημα Διομήδους* A: *Τυδείδης — Ἑλλήσποντον.*

v. 2. *θῆκε* Eust. ‖ v. 3. *δ'* om. Anth. ‖ v. 4. *ἵπποισιν ἐπὶ* Anth.; cf. Hom. *Ρ* 432 *ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον*; *Η* 86, *ω* 82, Kaibel EG. 764 *ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.*

A sacerdotibus effictum tripodique cuidam inscriptum epigramma potest fuisse perantiquum, id quod putat Hecker² p. 34, etsi inde quod heroico metro scriptum est, nihil colligi potest de aetate. Cf. Kaibelii indicem octavum p. 701.

91. Delphis. III. saec.?

Cῆc ἕνεκεν, Λητοῦc τοξαλκέτα κοῦρ', ἐπινοίαc
τήνδ' ἕλε Νικοκρέων τετράκερων ἔλαφον.

Aelian. n. a. 11. 40: *Τετράκερων δὲ ἔλαφον Νικοκρέων ὁ Κύπριος ἔσχε καὶ ἀνέθηκε Πυθοῖ καὶ ὑπέγραψε· σῆς — ἔλαφον.* Cod. Matr. p. 450 Iriart.: *Ἀνακρέων* (sic!) *ὁ Κύπριος τετράκερων ἔλαφον γενέσθαι φησὶν καὶ ταύτην ἀναθεῖναι Πυθοῖ καὶ ἐπιγράψαι· σῆς — ἔλαφον.*

v. 1. Cf. n. 94 *σῇσιν ἐπιφροσύναις; ἐπιπνοίας* Boisson. in Marini vit. Procli p. 115 | *τόξα ἑλκετὰ* Matr. ‖ v. 2. *νίκην κρέων* Matr.

Scilicet aheneam cervam Nicocreo dedicavit. Utrum autem Aelianus vel eius auctor ex verbis aliquot soluta oratione insuper additis sciverit Nicocreontem regem illum Cyprium (de quo conf. Arrian. frgm. *τῶν μετ' Ἀλέξ.* p. 24 ed. Cohn) fuisse an haec mera sit coniectura, incertum est.

---

92. Delphis. II. saec. ineunte.

Τόνδε τοι ἀμβροcίοιcιν ἐπὶ πλοκάμοιcιν ἔοικε
κεῖcθαι, Λατοΐδα, χρυcοφαῆ cτέφανον,
ὃν πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸc μέγαc. ἀλλ', ἑκάεργε,
ἀλκᾶc τῷ θείῳ κῦδοc ὄπαζε Τίτῳ.

Plut. Tit. 12: *Ἀνέθηκε δὲ καὶ χρυσοῦν τῷ Ἀπόλλωνι στέφανον ἐπιγράψας· τόνδε τοι κτλ.*

v. 1. *σοι* Cougny lapsu opinor calami | *ἔθηκε* codd. (nisi quod *ἔθηκεν ἧσθαι* P); ne subiecto careat *ἔθηκε* Reiske v. 3 comma post *πόρεν* posuit, Iacobs *ὃς πόρεν* scripsit; sed idem significant *ἔθηκε* et *ἔπορε*, quare recte in *ἔθηκε* aliud quid latere putat Brunck qui *γεγήθοις* vult; probabilius Hecker[2] 73 *ἔοικε* (cf. A. P. VI 275), quod verbum bene Romani ducis superbiam exprimit (cf. *θείῳ, μέγας*). *ἄδηκε* Stadtmueller coll. Hippon. fr. 100 Bgk.

Et hunc et insequentem titulum Hecker[2] p. 72 sq. Alcaeo Messenio tribuit, cuius in eundem Titum Flamininum est epigramma Anth. Plan. 5.

---

93. Delphis. II. saec. ineunte.

Ζανὸc ἰὼ κραιπναῖcι γεγαθότεc ἱπποcύναιcι
κοῦροι, ἰὼ Cπάρταc Τυνδαρίδαι βαcιλεῖc,
Αἰνεάδαc Τίτοc ὔμμιν ὑπέρτατον ὤπαcε δῶρον
Ἑλλάνων τεύξαc παιcὶν ἐλευθερίαν.

Plut. Tit. 12: *Καὶ αὐτὸς δὲ μέγιστον ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ τῆς*

Ἑλλάδος ἐλευθερώσει. Ἀνατιθεὶς γὰρ εἰς Δελφοὺς ἀσπίδας ἀργυρᾶς καὶ τὸν ἑαυτοῦ θυρεὸν ἐπέγραψε· Ζηνὸς κτλ.

Leviora omisi. Dialectus utpote Alexandrinorum aetate sibi non constat (*ὕμμιν*), etsi poeta doricis praecipue formis usus est. — **v. 1.** *Ζηνὸς* codd.; corr. Hecker[2] p. 72 || **v. 2.** *κοῦροι ἰὼ Σπάρτας* iunxit Iacobs || **v. 3.** *αἰνεάδες* P | *ὑμῖν* P || **v. 4.** *Ἑλλήνων* codd.; corr. Hecker.

De Dioscurorum templo Delphico alibi nihil inveni.

94. Delphis. —

Φοῖβε ἄναξ, δῶρόν τοι ἑλὼν τόδ' Ὅμηρος ἔδωκα
σῇσιν ἐπιφροσύνῃς, σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάζοις.

Certam. 263 N.: *Λαβὼν δὲ παρ' αὐτῶν φιάλην ἀργυρᾶν ἀνατίθησιν ἐν Δελφοῖς τῷ Ἀπόλλωνι, ἐπιγράψας· Φοῖβε κτλ.* Tzetz. schol. in Lycophr. I p. 258 ed. Müller: *Ἐπιγραμματογράφων δὲ τῶν καὶ ἀναθεματικῶν γνωρίσματα τὸ γεγραφέναι εἰς ἀνδριάντας ἐπιγράμματα καὶ εἰς τὰ ἐν ναοῖς ἀναθήματα καὶ εἰς ἕτερα τοιαῦτά τινα, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν ἐπὶ τῇ δοθείσῃ τούτῳ* (an *αὐτῷ*?) *φιάλῃ παρὰ τῶν Μήδου* (scribe: *Μίδου*) *υἱῶν ἣν ἀνέθετο τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι ἐπιγράψας οὕτω· Φοῖβε κτλ.*

v. 1. *τοι Ὅμηρος καλὸν ἔδωκα* Certam.; Tzetzae lectionem recepi, quod in altera lectione et pronomen demonstrativum desideratur et, quo *σῇσιν ἐπιφρ.* referendum sit, ignoratur (cf. Kaibel 762 *φραδαῖσι Νυμφῶν*); *τόδ' Ὅμηρος καλὸν* coni. Barnesius; at dativus nullo modo deesse potest. — Ceterum eadem quae apud Tzetzem lectio notatur in Certaminis editione Barnesiana: qui cum in altero versu exhibeat *σῆς ὑποφραδμοσύνης*, non ex Tzetza sumpsisse epigramma videtur || **v. 2.** *ἐπιφροσύναις* Cert. Tzetz., corr. Menrad | *κλέος αἰὲν* Cert.; utrum praeferas incertum.

Potest factum esse ut sacerdotes Delphici hos versus paterae alicui inscriberent; sed pro certo hoc affirmare non possumus, cum eos inscriptos esse non dicat historicus, sed poeta.

95. Prope Hypaten in Aenianum finibus. IV. fere saec.

Ἡρακλέης τεμένισσα Κυθήρᾳ Πασιφαέσσῃ,
Γηρυονέως ἀγέλας ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων,
τᾶς μ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
τῇδε δέ μοι τεκνοῖ *παῖδ' Ἐρύθοντα δάμαρ,
νυμφογενὴς Ἐρύθη· τῇ τόδ' ἔδωκα πέδον
μναμόσυνον φιλίας φηγῷ ὑπὸ σκιερᾷ.

Ps.-Aristot. mirab. auscult. 133: *Τῆς καλουμένης Αἰνιακῆς χώρας περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑπάτην λέγεται παλαιά τις στήλη εὑρεθῆναι, ἣν οἱ Αἰνιᾶνες τίνος ἦν εἰδέναι βουλόμενοι, ἔχουσαν ἐπιγρα-*

III Ἡγεμόνεϲϲι δὲ μιϲθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν
ἀντ' εὐεργεϲίηϲ καὶ μεγάληϲ ἀρετῆϲ.
μᾶλλόν τιϲ τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεϲϲομένων ἐθελήϲει
ἀμφὶ περὶ ξυνοῖϲ πρήγμαϲι δῆριν ἔχειν.

Aeschin. III 184: *ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν τῶν ποιημάτων γνώσεσθε. ἐπιγέγραπται γὰρ ἐπὶ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν* n. II, *ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ* n. III, *ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ ἐπιγέγραπται Ἑρμῇ* n. I. Plut. Cimon 7: *καὶ τοὺς Ἑρμᾶς αὐτῷ* (sc. *Κίμωνι*) *τοὺς λιθίνους ὁ δῆμος ἀναθεῖναι συνεχώρησεν, ὧν ἐπιγέγραπται τῷ μὲν πρώτῳ* n. II, *τῷ δὲ δευτέρῳ* n. III, *τῷ δὲ τρίτῳ* n. I. Ex Aeschine Tzetz. schol. ad Lycophr. v. 417 (p. 589 Müller): *ἔστησαν τοῖς νικήσασιν οἱ λοιποὶ Ἀθηναῖοι Ἑρμᾶς τρεῖς λιθίνους ἐπιγράψαντες ἐν ἑκάστῳ τῶν Ἑρμῶν ἐπὶ μὲν τῷ πρώτῳ οὕτως* n. II, *ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ* n. III, *ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ* n. I. *Τούτων δὲ τῶν ἐπιγραμμάτων Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ μέμνηται.* Arsen. 8. 41 o et 96 a: II et III. Cf. Demosth. Lept. 112: *ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος, ὡς ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πόλλ' ἀγάθ' εἰργασμένοι τινὲς οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν ταῖς Ἑρμαῖς ἔτυχον· καὶ ἴσως τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τοὐπίγραμμα.*

Leviora omisi. **v. 1.** *πόλεως* Aeschin. codd. gm et Plut. ‖ **v. 2.** *ἐς πεδίον* Aeschin. klh et Plut. ‖ **v. 3.** Hom. *Β* 552 sq. | *πύκα πυρφορεόντων* Aeschin. a, *πύκα χαλκοχιτώνων* rell. Aesch. codd. et Tzetz. ‖ **v. 4.** *κοσμήτορα* Aeschin. B et Tzetz. *ἔξοχον ὄντα* Plut. ‖ **v. 5 et 6** seclusit Weidner in Aesch. ed. Sed adversatur huic opinioni ionicum illud *οὐδὲν ἀεικές* (cf. Kirchhoff Hermes V 57) et quod praeterea attuli in commentario | *ἀηθὲς* Markland ‖ **v. 6.** *κοσμηταῖς* Plut. ‖ **v. 7.** *καὶ κεῖνοι* Bergk ‖ **v. 9.** *κρατερὸν* Aesch. Tzetz. ‖ **v. 10.** *πρῶτοι* | *πρώτῳ* B. Schmidt Rh. M. 36, 1 sqq. ratus *πρῶτον δυσμενέων* esse Bogem fortissimum Eionis praefectum (Herod. 7. 107), quem Athenienses fame subegerunt: quae coniectura est speciosior quam verior; etsi enim Atheniensium ducum nomina de industria silentio praetermissa sunt, tamen nihil obstabat, quin hostis nomen epigrammati insereretur. Et haud scio an non omnes aequales, ne dicam posteri illorum Atheniensium sciverint, quis significaretur *πρῶτος δυσμενέων.* Immo sanus est versus, modo

πρῶτοι rettulerimus ad *εὗρον* quae est Graecorum tautologia; cf. ep. n. 178, Plut. de glor. Ath. 2 (v. ad n. 193), Clem. Alex. str. I p. 361 sqq.; *πρῶτον ἄρχεσθαι* ep. n. 73; *πρῶτον ἱδρύεσθαι* ep. n. 69; est igitur: effecerunt ut *ἀμήχανοι* essent hostes. — Pessime Bergk PL. III[4] 519 *πύργῳ δυσμενέων* scribit et cum verbo *ἐπάγοντες* iungit, insuper verba *εὗρον ἀμηχανίην* ad voc. *Μήδων παισὶν*
χάριτος
v. 7 referens ‖ **v. 12.** *μεγάλης ἀμοιβῆς* Aeschin. cod. a, *μεγάλων ἀγαθῶν* Plut. ‖ **v. 14.** *ἀμφὶ ξυνοῖσι* Aesch. et Tzetz. nisi quod Aeschin. A[h] et Arsenius *χαίρων ἀμφὶ ξυνοῖς*; *ἀμφὶ πάτρας ξυνοῖς* Dehèque apud Cougny | *πράγμασι* codd.; corr. Kirchhoff l. l. | *μόχθον ἔχειν* Aesch. (nisi quod *μόθον* l, *πόνον* a) et Tzetzes.

Titulus, quem summum illorum temporum honorem Cimoni et collegis concesserunt Athenienses, ex uno constat epigrammate — Aeschines enim et Demosthenes singulari numero (*τὸ ἐπίγραμμα*) utuntur —, cuius versus per tres hermas divisi erant. Quos versus et apud Aeschinem et apud Plutarchum falso ordine traditos esse et quae re vera prima esset, apud eos tertiam legi partem post Goettlingi dubitationem (ges. Abh. II 142) statuit Richter in Annal. philol. 93 p. 30 sqq. Qui manifestus error non ab Aeschine ipso, unde hausisse putabatur Plutarchus, commissus est, sed a grammatico, qui descripsit versus de hermis: quo eodem et Plutarchus usus est et ille qui titulum Aeschinis orationi inseruit.[1]) Natus autem est error fortasse inde, quod tres hermae trigoni forma collocatae erant hoc modo:



Etenim a qua herma inciperet, non loco poterat discernere is qui epigramma legebat, sed tantum eo quod exordium ex tribus distichis constabat, cum duae reliquae hermae bina disticha continerent. Facile igitur fieri poterat, ut a secunda herma aliquis initium sumeret.[2])

Cum monumentum sit Atticum, dialectus versuum Ionica, recte Kirchhoff in Hermae vol. V 48 sqq. statuit poetam Ionica ex patria ortum esse. Atque ille adscripsit Ioni Chio, cui opinioni propter temporum rationes adversatur Holzapfel (Unters. z. gr. Gesch. 129), Bergk III[4] 518 de aliis quibusdam cogitavit.

---

154. Athenis prope curiam. 403 a. Chr.

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
θεσμοῖς ἄρξαντας πόλεως πρῶτοι καταπαύειν
ἦρξαν κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

⟨Sequuntur nomina *τῶν καταγαγόντων τὸν δῆμον*⟩

1) Rosenberg ann. phil. 101 p. 530, B. Schmidt Rh. M. 36, 4 sqq.

2) Mire Richter ét Schmidt hunc putant hermarum ordinem fuisse: 2 1 3; ubi neque iustum versuum ordinem neque eum qui traditus est quisquam invenerit.

Aeschin. III 187: *ἐν τοίνυν τῷ μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον* (cf. Loeschcke Vermut. z. gr. Kunstg., Dorpat 1884 p. 15), *ἣν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἔστιν ἰδεῖν* . . . § 190. *Ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ἐπίγραμμα ὃ ἐπιγέγραπται τοῖς ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν. Ἐπίγραμμα. τούσδ' κτλ.* Cf. schol. ad § 187 *ἔστιν ἰδεῖν*] *ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ, ἐν ᾧ τὸ βουλευτήριόν ἐστιν, ἀνάκεινται γεγραμμένοι οἱ ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγόντες.*

v. 2. *τοῖς* l | *ἀδίκους* c ‖ v. 3. *θεσμοῖς*] cf. R. Schöll in comment. Mommsen. p. 465 not. | *πόλεως πρῶτοι* Francke, *πόλιος πρῶτοι* hk, *πόληος πρῶτοι* el, *πρῶτοι πόλεως* rell. | *καταπαύειν*] cf. Xen. Hell. 2. 4. 23 (*οἱ ἐν ἄστει*) *ἐψηφίσαντο ἐκείνους* (sc. *τοὺς τριάκοντα*) *καταπαῦσαι.* ‖ v. 4. *εἶρξαν* p; ad locutionem *πρῶτοι ἦρξαν* cf. *ἀρξάμενοι πρῶτοι* in ep. n. 73 et Aristot. poet. 5.

Teste scholiasta Aeschinis praeter epigramma nomina virorum qui plebem Athenas reduxerant tabulae incisa erant. Hos igitur ostentat pronomen *τούσδε* (v. 1).

---

155. Athenis. IV. saec.

Ἥγνισα δ' Ἑρμείαο δόμους ⟨σεμνῆς⟩ τε κέλευθα
Δάματρος καὶ πρωτογόνου Κούρας, ὅθι φασὶ
Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θέαισιν ἀγῶνα
Φλυάδεω κλεινοῖο γόνου Καύκωνος ⟨ἱδρείῃ⟩.
θαύμασα δ' ὡς σύμπαντα Λύκος, Πανδιόνιος φώς,
Ἀτθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ θέτο κεδνῇ.

Paus. 4. 1. 7: *ὡς δὲ ὁ Πανδίονος οὗτος ἦν Λύκος, δηλοῖ τὰ ἐπὶ τῇ εἰκόνι ἔπη τῇ Μεθάπου. . . . ἀνέθηκε δὲ καὶ* (sc. *Μέθαπος*) *ἐς τὸ κλίσιον τὸ Λυκομιδῶν εἰκόνα ἔχουσαν ἐπίγραμμα ἄλλα τε λέγον καὶ ὅσα ἡμῖν ἐς πίστιν συντελεῖ τοῦ λόγου· ἥγνισα — κεδνῇ. τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ μὲν ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην ἀφίκετο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλυοῦ, δηλοῖ δὲ καὶ ἐς τὸν Λύκον τά τε ἄλλα καὶ ὡς ἡ τελετὴ τὸ ἀρχαῖον ἦν ἐν Ἀνδανίᾳ.*

v. 1. *δ' Ἑρμοῖο* Pcd Va, *δὲ ἑρμοῖο* Vb Lab Ag, *δ' Ἑρμείαο* Amasaeus („Mercurii" vertens), quod idem num rell. codd. habeant, ex apparatu Schubarti non liquet. Mercurius socius Cereris et filiae occurrit etiam in magna mysteriorum inscriptione Andaniae inventa | *δόμους τε κέλευθα* codd., nisi quod *δόμους κέλευθά τε* Va, post *δόμους* inseruerunt *μεγάλης* Kuhn, *Δηοῦς* Porson, *σεμνῆς* Sauppe coll. Paus. 1. 31. 4, *τέτυκον* vel *πέφραδον* Buttmann, *ἔτεμον* Stadtm.; *δρόμους σταδίου τε κ.* Lobeck Aglaoph. 1251, *δόμους μύστας τ' ἐκάθηρα* Kayser Z. f. A. 1848 p. 1004 collata § 6. Quid significet *κέλευθα* incertum; Sauppe de pompis errationes Cereris imitantibus cogitat: inde *μυστῶν τε κέλευθα* Menrad ‖ v. 2. *πατρὸς* codd., *ματρὸς* Clavier, *ματρὸς καὶ δὴ* Iacobs, *Δήμητρος* Lennep, *Δάματρος* Buttmann. Dubito Ionicam dialectum restituere in dearum nominibus, cum Andaniae certe Dorice *Δαμάτηρ* et *Κώρα* audirent. Eaedem formae nominum sunt in titulo

K. 785 qui in ceteris Dorice non est scriptus | *ὅϑι φασί*] *ὅϑεν ϑεοῖσιν* La ‖ v. 4. *φλυανδέω* aut *φλυὰν δέω* M Lab Fab Va Pd; ut corripiatur prima syllaba, scribunt *πὰρ Φλυάδεω* Kayser, *καὶ Φλ.* Bergk | *καυκωνιάδα ὃ* Fab, *καυκωνίδα* aut *καυκωνίδαο* rell. Hoc non dixisse poetam docent verba Pausaniae s. l.: *ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην ἀφίκετο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλυοῦ*; itaque varie tentaverunt locum viri docti: *γόνον Καύκωνα διδάξαι* Lennep, *γόνῳ Καύκωνι δαεῖσαν* Porson et Kayser, *γόνου Καύκωνος ἀπ' ἴδμης* Iacobs, *γ. Καύκωνος ἕκατι* Sitzler phil. Rundschau 1890 p. 338, *γόνου Καύκωνος ἱδρείῃ* Sauppe; *Κλεινοῖο* (n. pr. restituebat etiam Schubart in versione Paus.) *γόνῳ Καύκωνι ἁδοῦσαν* Lobeck; *καὶ Φλυάδεω κλεινοῖο γόνῳ Καυκωνία δῖα* Bergk Gratul.-schr. an Creuzer p. 21, adversatur Kayser l. l., *σὺν Φλυάδεω κλεινοῖο γόνῳ Καύκωνι Κελαινοῦ* Emperius opusc. p. 342 (cf. Paus. 4. 1. 5) ‖ v. 5. *πανδιώνιος* Ag, *πανδιόνιδος* La, *πανδίονος* Pd; *Πανδίονος υἱός* Lennep ‖ v. 6. *ἀνδάνῃ* Ag Pd M Fab Vab Lab.

Optime de his versibus egit Sauppe in Abh. der k. Ges. d. W. in Gött. 1858/59 p. 222 sq. Qui statuit *κλείσιον* Lycomidarum, ubi posita erat Methapi statua, utpote familiae Atticae Phlyae in Attica fuisse, non Andaniae, id quod ipsa Andaniae mentione refutaretur neque diversum fuisse hoc aedificium a telesterio Lycomidarum, quod Plutarcho teste (Them. 1) Themistocles exstruxit. Floruit autem Methapus secundum eiusdem Sauppii opinionem Epaminondae temporibus. Etenim si quid concludere licet ex fabula illa qua praecepta Cauconis dicuntur ab Aristomene defossa esse, ab Epitele, Epaminondae in Messenia restituenda socio, rursus effossa et ad renovanda Andaniae sacra usurpata esse (Paus. 4. 20. 4; 26. 7 sqq.; 27. 5; 33. 5), intermissa sunt Andaniae mysteria a secundo bello Messeniaco usque ad libertatem recuperatam. Cum autem ante Aristomenem Methapum vixisse nemo opinor censeat, verisimile inde fit eum Epaminondae aetate Andaniae mysteria diu intermissa restituisse. Quodsi Welcker Aesch. Tril. 270 et O. Kern (Hermes 1890, 1 sqq.) Onomacriti fere temporibus Methapum assignant, hi solum id respexerunt quod Thebis Cabirorum sacra instituisse dicitur neglegentes Messeniacas res. Potest autem etiam Thebana sacra non nova instituisse, sed vetera renovasse (cf. 9. 25. 6 sqq.).

---

156. Athenis in Eleusinio. IV. saec. (354 non recentior, cf. Brunn K. G. I 386).

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν ξύνεσίν τε προτιμῶν
Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνέθηκε θεαῖς.
Λεωχάρους ἔργον.

[Plut.] Isocrat. vit. p. 251, 101 West.: *ἀνάκειται δ' αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσινίῳ εἰκὼν χαλκῆ ἔμπροσθεν τοῦ προστῴου ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος καὶ ἐπιγέγραπται· Τιμόθεος — ἔργον.* Inde Phot. bibl.

p. 488: *ἀνάκειται . . . εἰκὼν χαλκῇ ἐπιγραφὴν ἔχουσα· Τιμόθεος — ἔργον.*

v. 1. *ξενίην τε* Ps.-Plut. ‖ **v. 2.** *εἰκώ* forma occurrit etiam ap. Kaibel 246, 4 (Bithyn.), 805 a (add., Romae) a, 1, ath. Mitteil. V. 293 (Ath.). Quod Meisterhans[2] p. 103 dicit hanc formam Athenis imperatorum demum aetate inveniri, hoce Timothei titulo refutatur | *θεῷ* et *Κλευχάρους* aperte falsa exhibet Phot. Ad *θεαῖς* cf. Meisterhans[2] p. 98, 4.

157. Athenis prope Olympieum. Paulo p. a. 338?

Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς πατρὸς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε
Ζηνὶ θεούς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

[Plut.] vit. Isocr. p. 252, 142 West.: (*Ἀφαρεὺς*) *καὶ εἰκόνα αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέθηκε πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ ἐπὶ κίονος καὶ ἐπέγραψεν· Ἰσοκράτους — ἀρετήν.* Inde Phot. bibl. p. 488: *καὶ ἑτέραν δὲ εἰκόνα ἔστησεν αὐτοῦ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ ἐπὶ κίονος χαλκῆν ὁ θετὸς παῖς Ἀφαρεύς· . . . ὁ τὴν εἰκόνα στησάμενος καὶ ἐπιγράψας· Ἰσοκράτους — ἀρετήν.* Cf. Paus. 1. 18. 8: *κεῖται δ' ἐπὶ κίονος* (*πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ*) *Ἰσοκράτους ἀνδριάς.*

158. Athenis. IV. saec. Astydamantis.

Εἴθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν,
ὡς ἐπ' ἀληθείας ἐκρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος·
νῦν δὲ χρόνῳ προέχουσ' ᾧ φθόνος οὐχ ἕπεται.

Phot. lex. II 148 N. s. v. *σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ· Ἀστυδάμᾳ τῷ Μορσίμου εὐημερήσαντι ἐπὶ τραγῳδίας διδασκαλίᾳ Παρθενοπαίου δοθῆναι ὑπ' Ἀθηναίων εἰκόνος ἀνάθεσιν ἐν θεάτρῳ· τὸν δὲ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι ἀλαζονικὸν τοῦτο· εἴθ' — ἕπεται. διὰ γοῦν τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀλαζονείαν παραιτήσασθαι τὴν ἐπιγραφήν κτλ.* Eadem Suidas s. v. *σαυτὴν ἐπαινεῖς.* Apostol. 15. 36. (Cf. etiam Zenob. 5. 100, Basil. ep. 39 col. 341 B, Schol. Liban. ep. 317 p. 153, Athen. 1 p. 33 F, Tzetzes in Cram. Anecd. Ox. IV 143, Iulian. ep. 12 p. 381 D, Eustath. p. 121, 40 alia; Welcker gr. Trag. p. 1053 sqq.)

v. 1. *γενοίμην* Phot. et Suidae V. ‖ **v. 2.** *δοκούσης* Phot. | Bergk pro *γλώσσης τερπνῆς* exspectat *τραγικῆς* vel *σεμνῆς τέχνης* ‖ **v. 3.** *ἀληθείης* Suid. codd. praeter A | *ἐκρίθη* Phot. | *ἐκρίθην ἀφεθεὶς παρ.* „superior evaderem“ Iacobs, cf. *παραμιλλᾶσθαι* = certamine superare; Hartung die gr El. I 308: „zugelassen zum Wettstreit“, quod graeca verba significare non possunt ‖ **v. 4.** *προσεχούσαις τοῖς χρόνοις* Phot., *χρόνῳ παρέχουσ'* Suid., *χρ. προσέχουσ'* Apostol. nisi quod *προέχουσ'* B quod etiam invenerat Bentley | *οἷς* codd., *ᾧ* Bentl. emend. ad Menandr. p. 135. An *ὁ φθόνος* ut *προέχουσ'* sit dativus? | Eadem clausula in epitaphio Platonis n. 11.

Recepi quia ut inscriberetur destinatum erat.

Eiusdem fortasse statuae, ad quam hoc epigramma spectabat, basis nuper inventa est in theatro Atheniensi; cui inscriptum est ΑΣΤΥ⟨δαμας⟩: cf. U. Koehler Mitt. d. d. arch. Inst. in Ath. III 116, 1. Docuit autem Parthenopaeum Astydamas ol. 109, 4 (341 a. C.).[1]

---

159. Athenis in foro (cf. Gurlitt Pausanias 318). III. saec.

Εἴπερ ἴσην γνώμῃ ῥώμην, Δημόσθενες, εἶχες,
οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Plut. Demosth. 30: *καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ θρυλούμενον ἐπεγράφη τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος· εἴπερ — Μακεδών. οἱ γὰρ αὐτὸν τὸν Δημοσθένην τοῦτο ποιῆσαι λέγοντες ἐν Καλαυρείᾳ μέλλοντα τὸ φάρμακον προσφέρεσθαι κομιδῇ φλυαροῦσι.* Ps.-Plut. vit. X orat. p. 287, 158 West.: *αἰτήσας τε γραμματεῖον ἔγραψεν, ὡς μὲν Δημήτριος ὁ Μάγνης φησί, τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐλεγεῖον ἐπιγεγραμμένον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕστερον· εἴπερ — Μακεδών. κεῖται δ' ἡ εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος καὶ τοῦ βωμοῦ τῶν ιβ' θεῶν ὑπὸ Πολυεύκτου πεποιημένη.* Zosim. vit. Dem. p. 302, 145 West.: *ἐπεγέγραπτο δὲ τῇ εἰκόνι αὐτοῦ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα· εἴπερ — Μακεδών.* Anon. vita Dem. p. 308, 176 West.: *ἐμνημόνευσαν δὲ τῆς τοῦ ῥήτορος ἀρετῆς οἱ πολῖται καὶ ἀνδριάντι αὐτὸν ἐτίμησαν στήσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ τοιοῦτον ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον· εἴπερ — Μακεδών.* Suid. s. v. *Δημοσθένης· ψηφίζονται . . . χαλκοῦν στῆναι αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐλεγεῖον τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος ἐπέγραψαν· εἴπερ κτλ.* Phot. bibl. p. 494 Bkk.: *καὶ γραμματεῖον αἰτήσας γράψαι λέγεται τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐλεγεῖον ὅπερ ὕστερον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐνεκολάφθη· εἴπερ κτλ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Δημήτριος ὁ Μάγνης λέγει.* (Idem p. 495 B *μεταφορὰν εἰς Ὑπερείδην* affert: *εἴπερ ἴσην γνώμῃ ῥώμην Ὑπερείδης εἶχεν κτλ.*)[2]

De statua cf. Aristid. II 517 Dind.: *δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ ἐπίγραμμα οὐκ ἔξω τῆς Δημοσθένους γνώμης ἔχειν [τὴν ἐπιγραφήν], ὃ νῦν ἀναγιγνώσκομεν ἐν Κεραμεικῷ.* Paus. 1. 8. 2: (in foro) *ἔστι δὲ καὶ Δημοσθένης* (= *Δημοσθένους εἰκών*).

v. 1. *γνώμῃ ῥώμην* Phot. (excepto cod. A qui *ῥώμην γνώμῃ*) Zos. An.; *ῥώμην γνώμῃ* Plut. Ps.-Plut. Suid. | *ἔσχες* Ps.-Plut. Zos. An. | Demosthenis cod. Par. 1773 priorem versum teste Cougny sic exhibet: *εἰ μὲν ἴσην ἴσχυν [τῇ] γλώσσῃ, Δ., ἔσχες* ‖ v. 2. *Ἄρης* plerique; codd. nonnulli Plutarchi Zosimi Anonymi habent *ἀνήρ*.

---

1) Cf. Koehler l. l. qui ad minorem natu Astydamantem totam Photii narrationem referendam esse censet.

2) Falso schol. Demosth. 57 affert Bergk II⁴ p. 331, qui fortasse meminit fragmenti 56 Baiter-Sauppe.

Epigramma, quod Demostheni ipsi falso tribuit Demetrius Magnes, statuae a Polyeucto factae[1]), quam Athenienses anno 280 in honorem oratoris decreverant, additum erat. Praeter hos versus verisimile est epitomen plebisciti in basi insculptam fuisse, qualis insculpta est in monumento ap. Kaibel 844 et aliis.

---

160. Athenis? III. saec. exeunte.

Τόνδε νέον Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε
τῶν Ἀκαδημιακῶν στραγγαλίδων κοπίδα.

Plut. de Stoic. repugn. 2: *Ἀριστοκρέων γοῦν, ὁ Χρυσίππου μαθητὴς καὶ οἰκεῖος, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστηλώσας ἐπέγραψε τόδε τὸ ἐλεγεῖον· τόνδε — κοπίδα.*

v. 1. *τόνδ' ἐνεὸν Χρ.* hunc mutum Chr. (i. e. statuam Chrysippi) Reiske; sed cf. Kaibel EG 311: *τίς δ' ἡ ἐν τῇ στήλλῃ εἰκὼν νεότευκτος ὑπάρχει;* ‖ v. 2. *κοπίδα*] i. e. qui quasi gladio Academicorum nodos perfregit; cf. Bernays Phokion 127, Heylbut Rh. M. 39, 159.

161. Thebis in arce. IV. saec.

⟨Ἐπαμεινώνδας
vel
Ἐπαμεινώνδαν οἱ πολῖται ἀρετῆς ἕνεκα⟩

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὴ τέκνα χρόνῳ δέχεται·
Θήβης δ' ὅπλοισιν Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

Paus. 9. 15. 6: *τῷ δὲ ἀνδριάντι τοῦ Ἐπαμεινώνδου καὶ ἐλεγεῖα ἔπεστιν ἄλλα τε ἐς αὐτὸν λέγοντα, καὶ ὅτι Μεσσήνης γένοιτο οἰκιστὴς καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξειεν ἐλευθερία δι' αὐτοῦ. καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἐλεγεῖα· ἡμετέραις — ἐλευθερίῃ.* Cf. 9. 12. 6: *τοῦτόν τε οὖν* (i. e. Pronomum, cf. ep. 162) *ἐνταῦθα* (sc. in arce) *οἱ Θηβαῖοι καὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν τὸν Πολύμνιδος ἀνέθεσαν.* Aristid. 49. 400 (II p. 541 Dind.): *τούτου* (sc. Epamin.) *χωρὶς τῆς ἀπολογίας, ἧς ἀρτίως ἐμνήσθην, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἐπίγραμμα κατηγοροῦν τὸ ἦθος ἐν Πελοποννήσῳ . . . τί δὴ τοῦτό ἐστι τὸ ἐπίγραμμα, ὃ πάντες ᾄδουσι; ἡμετέραις — δέχεται.* Schol. Aeschin. III 211 (p. 47. 27 B.-S., p. 350 Schultz): *ἐκείρατο*] *οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς εὐπραγίαις τὴν κόμην ἔτρεφον, ἐν δὲ*

1) De qua conferatur Michaelis ad Schaeferi Dem. III² app. et Wachsmuth Stadt Athen II 1, 407 sq. — Falsam opinionem, quam Benndorf (de anth. epigr. 26, 1) habuerat de *ὕστερον* vocabulo, quo Demetrius Magnes (ap. Ps.-Plut. et Phot.) usus est, ipse correxit in Bulletino della commissione arch. di Roma 1886, 72.

ταῖς δυστυχίαις καὶ τῷ πένθει ἐκείροντο. Ὅμηρος αὐτοὺς πανταχοῦ καρηκομόωντας καλεῖ, ἀνάπαλιν δὲ Ἐπαμεινώνδας· ἡμετέροις — δόξαν. Plut. non posse suav. viv. p. 1098 A: *εἰ δ' οὖν ταῦτα φήσει τις εὐφροσύνας καὶ χαρὰς, σκόπει τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδονῶν ἐκείνων· ἡμετέραις — δόξαν.* Cic. tuscul. 5. 49: et est in aliqua vita praedicabile aliquid aut gloriandum aut prae se ferendum, ut Epaminondas:

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

v. 1. *Σπάρτα* Plut. | *μὲν* — v. 3 *μεγάλη πόλις* omiserunt Pausaniae H Va || v. 2—4 omiserunt schol. Aesch. Plut. Cic. | *ἱερὰ* Aristid. et Paus. Pc Ag Lb La (qui *ἱρὰ*), *ἱερὴ* (supra *ά*) Vb, *ἱερὴ* rell. ut videtur || v. 3—4 om. Arist. | *Θῆβαι* codd., *Θήβης* Syll. qui etiam *Μεγάλη πόλις* pro *μεγάλη πόλις*. Pausaniam tamen *Θῆβαι* et *μεγάλη πόλις* scripsisse putat Sylburg, quod in verbis quae epigramma antecedunt, Megalopolis mentionem non faceret (?) | *μεγαλόπολις* Ag Lb, *μεγάλη πόλις* cett.

Erravisse videtur Aristides cum statuam, in qua hi versus erant insculpti, fuisse dicat in Peloponneso dissentiens cum gravi Pausaniae testimonio. Nec minus falso praeter Pausaniam omnes contendunt Epaminondam se ipsum hunc in modum laudavisse.

---

162. Thebis in arce. Ante a. 334.

⟨Πρόνομος⟩
Ἑλλὰς μὲν Θήβας προτέρας προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς,
Θῆβαι δὲ Πρόνομον, παῖδα τὸν Οἰνιάδου.

Dio Chrysost. VII p. 263 sq. R.: *ταύτην δὲ τὴν νίκην (ἐν τῇ αὐλητικῇ) οὕτω σφόδρα ἠγάπησαν (οἱ Θηβαῖοι) ὥστε ἀναστάτου τῆς πόλεως γενομένης . . . τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς ἐφρόντισαν τῶν ἠφανισμένων ἀπὸ πολλῶν μὲν ἱερῶν, πολλῶν δὲ καὶ στηλῶν καὶ ἐπιγραφῶν, τὸν δὲ Ἑρμῆν ἀναζητήσαντες πάλιν ἀνώρθωσαν, ἐφ' ᾧ ἦν τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τῆς αὐλητικῆς· Ἑλλὰς — αὐλοῖς· καὶ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἕστηκεν ἐν τοῖς ἐρειπίοις.* Anth. Plan. f. 33r (28 Iac.): *ἀδέσποτον· Ἑλλὰς — Οἰνιάδου.*

v. 1. *προτέρας* Plan., *νικᾶν* Dio | *προέκρινεν* Dionis CMP, *προυκρίνατο* A, *προύκρινεν* rell. et Plan. | *ἐν* om. Dio.

Haec herma eadem sine dubio est, quam Pausanias statuam Pronomi dicit in arce Thebarum sitam (9. 12. 5 et 6). Quis autem ex pluribus tibicinibus hoc nomine praeditis Thebanis (v. Pape-Benseler s. v.; CIA II 3, 1234 *Οἰνιάδης Προνόμου ηὔλει* (anno 385/4) et 1292 *Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκε*) hoc epigrammate laudetur, discerni nequit.

---

163. Delphis. IV. saec. (a. 345/4, cf. Bergk Rh. M. 37, 359). Aristotelis.

⟨Ἑρμείαν Ἀριστοτέλης μνήμης ἕνεκα.⟩
Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν
ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς,
οὐ φανερῶς λόγχῃ φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας,
ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

Laert. Diog. V 6: *Ἀριστοτέλης .. ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου ... ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος τοιοῦτον· τόνδε — δολίου* (= frgm. 674 Rose[3] (1886) quem conferas).

v. 2. *ἔκτεινε* FP, corr. P[2] ‖ v. 3. *φονίης* F ‖ v. 4. *δολίως* cod. Cantabr. quod haud spernendum esse putat Huebner in app. crit.

Ex eiusmodi titulo prosaico, qualem supplebam, recte sine dubio concluserunt veteres ab Aristotele non solum statuam Hermiae dedicatam, sed etiam epigramma factum esse; cf. Simonidis in Megistiam epitaphium n. 20.

164. Thermi in Aetolia. Medio IV. saeculo non recentior.

Χώρης οἰκιστῆρα παρ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις
θρεφθέντα, σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλὸν τόνδ' ἀνέθηκαν
Αἰτωλοί, σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

Strabo 10. 3. 2 p. 463 (*Ἔφορος* fr. 29 Muell.): *παρατίθησι δὲ τούτων μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα, τὸ μὲν ἐν Θέρμοις τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος· χώρης κτλ.*, *τὸ δὲ* n. 147.

v. 1. *δίνησι* x ‖ v. 2. *τραφέντα* x, *τραφέντα γρ. τρεφθέντα* n, *τρεθέντα* rell., *θρεφθέντα* Brunck | *σταδίων γ. Ὀ.*] i. e. Eleum; ad *γείτονα* cf. ep. n. 225. *σταδίου* Scaliger; *Ὀλυμπιάς* dea vel nympha est Olympiae; eandem habes Athen. 12, 534 d ‖ v. 3. *αἰτωλὸν τόνδ' ἀν. αἰτωλοί* Bkno, *αἰτωλοὶ τόνδ' ἀν. αἰτωλόν* rell. v. 4. *αἰτωλῶν* Cl.

Vide ep. n. 147.

165. Byzantii. III. vel. II. saec.

Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν
εἰν ἑνὶ κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

Hesych. Miles. de orig. Const. in FHG IV p. 152 Muell.: *Καλλιάδης στρατηγῶν τοῦ Βυζαντίου .. τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην Βασιλικὴν ἀνέθηκε καὶ ἐπέγραψεν οὕτως·*

τὸν κρατερὸν κτλ. Iisdem fere verbis Anthol. Plan. 66 Iac. Ex Hesychio sumpsit Codinus p. 12 Bonn.

v. 2. *εἶν ἑνὶ* Plan. et Hes., nisi quod *ἐνθάδε* cod. Vallicell.; *κίονι* Codin.; intellege: uno monumento simul Byzantem et Phidaliam honoravit; cf. Kaibel ep. 879 *εἶν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου, | Κλαυδιανόν, Ῥώμη καὶ βασιλῆς ἔθεσαν.*

De Calliadis, Byzantii ducis, cuius hic est titulus, aetate nihil constat, nisi quod ex Hesychio colligere possumus eum inter Charetis Atheniensis et Romanorum tempora floruisse. — Nicephorus Gregoras VIII 5 p. 305, 9 Bonn. tradit sua aetate Byzantis statuae basin terra motam esse idemque de Phidaliae statua narrat Codinus p. 59. Utrum autem hi duo scriptores ad idem spectent monumentum idque monumentum sit illud Calliadis donarium necne, dubium est. — Neque hoc certum est num Byzantiorum nummi, in quibus caput Byzantis incusum est, exprimant statuae a Calliade positae typum: quod censet Svoronos Eph. arch. 1889 p. 79.

---

166. Sinope. II. vel I. saec. Antiphili.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου, ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰών, Διόγενες, καθελεῖ·
μοῦνος ἐπεὶ βιοτᾶς αὐτάρκεα δόξαν ἔδειξας
θνατοῖς καὶ ζωᾶς οἶμον ἐλαφροτάταν.

Laert. Diog. VI 78 (unde Eudocia 142): *ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτὸν* (sc. *Διογένη*) *καὶ ἐπέγραψαν οὕτω· γηράσκει κτλ.* Suid. s. v. *Φίλισκος·* (*Διογένης*) *ἐτιμήθη δὲ εἰκόνι παρὰ Σινωπέων καὶ ἐπιγράμματι· γηράσκει κτλ.* Anth. Plan. 334 Iac.: *εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ* (i. e. *Ἀντιφίλου Βυζαντίου*).

v. 1. Simile initium Anth. Pal. VII 225 et IX 704 (= Kaib. 889b) | *γηράσει* Laertii PB (in hoc *γηράσι*) et Planudes | *χρυσὸς* Suidae BV, *δώματ'* Suid. E et Kyriaci cod. | *χρόνον* Suid. V ‖ v. 2. *καθέλῃ* Laertii BF. De futuro *ἑλεῖ* cf. Veitch greek Verbs 28 (Kaib. 1103, 2) ‖ v. 3. *μοῦνος γὰρ* (om. *ἐπεὶ*) Plan., *ἐπὶ* Laert. BF | *βιοτῆς* Plan. et Suid. plur. codd., *βιοτᾷ* eiusdem BV ‖ v. 4. *θνητοῖς* traditur, corr. Cobet | *ζωᾶς* Laertii F, *ζωῆς* omnes rell. | *οἶμαν* Laert. F | *ἐλαφροτάτην* Plan. | *θνητοῖς οἷς ζωῆς οἶμος ἐλαφροτάτη* Suidae BVE. Eadem clausula est in inscriptione Tralliana quam edidi in Meletematis de ep. gr. p. 47.

Dorica dialecto, quae offenderet in titulo Sinopensi saeculi quarti, poeta inferioris aetatis qua statua erecta est, sive est Antiphilus sive alius quis, usus esse videtur propter abstinentiam doricam Diogenis.

Hunc titulum se in lapide invenisse ementitus est Kyriacus, cf. quae exposui in Meletematis de epigr. gr. Monach. 1890 p. 44 sq. Exstat autem in codice latino Monacensi 716 f. 57v. „Apud Synopem:

ΓΗΡΑΣΚCΙΚΑΙΔΟΜΑΤΥΠΟΧΡΟΝΟΥ
ΑΛΛΑΓΟΝΚVΔΟΣΟΠΑΣΑΙΟΝΑΙΟΓΕΣ
ΟVΚΑΟΑΛΕΙΣΙΤΑΛΟΙΠΑ"

i. e. *γηράσκ(ε)ι καὶ δ(ώ)ματ' ὑπὸ χρόνου, ἀλλὰ (σ)ὸν ⟨οὔτι⟩ | κῦδος ὁ πᾶς αἰ(ώ)ν, (Δ)ιόγ⟨εν⟩ες, [οὐ] κα(θε)λεῖ | (κα)ὶ τὰ λοιπά.* Nimirum accidit ut in codice ex quo sumpsit Kyriacus non totum epigramma appositum esset, sed post prius distichum alterum omissum esse vocabulis *καὶ τὰ λοιπὰ* significaretur: quae ille ut erat homo graecae linguae non ita peritus epigrammatis esse partem putavit.

167. Colophone. —

Υἱὲ Μέλητος, Ὅμηρε, cὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάcῃ
  καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐcαΐδιον·
καὶ τάcδ' ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήcαο κούρας
  διccὰς ἡμιθέων γραψάμενος cελίδας.
ὑμνεῖ δ' ἣ μὲν νόcτον Ὀδυccῆος πολυπλάγκτου,
  ἣ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

[Plut.] vit. Hom. p. 23, 71 West.: *εἰσὶ δ' οἳ καὶ Κολοφώνιον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρῶνται, μεγίστῳ τεκμηρίῳ χρώμενοι πρὸς ἀπόδειξιν τῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγεγραμμένῳ ἐλεγείῳ. ἔχει δ' οὕτως· υἱὲ — πόλεμον.* Anth. Plan. 292 Iac.: *εἰς εἰκόνα Ὁμήρου.* Syll. cod. Par. suppl. 352 (= Anecd. Cram. Par. 4, 378): *εἰς τὸν Ὅμηρον.* Syll. cod. Par. 1630 (cf. Dilthey ind. lect. 1887 p. 16): *εἰς τὰς Ὁμηρικὰς δύο βίβλους.*

v. 2. *ἐς ἀΐδιον* Plan. Plut., *ἐναίδιον* Par. 352 ‖ **v. 3.** *καὶ τάσδ'*] *κλειτὰς* Francke ad Callin. p. 55 | *κούρας*] Iacobs confert Anth. Pal. IX 192 et VII 407, 10 **v. 4.** *ἡμιθέων* Plut., *ἐκ στηθέων* Plan. Par. 352 ‖ **v. 5.** *πολύπλαγκτον* auct., correxi. ‖ **v. 6.** *Δαρδανίων* Plut. Plan.

In monumento Homeri quod Colophonii erexerunt adstitisse vel adsedisse poetae ut in Archelai tabula Iliadem et Odysseam tertius versus (*τάσδε κούρας*) luculentissime docet. Quam ob rem epigramma certe non ante Alexandri aetatem scriptum est. — Falso Duebner lemma codicis Par. 1630 secutus putat epigramma ornasse librum duo Homeri carmina continentem.

168. Lindi. c. a. 208.

Οὗτός τοι Ῥώμης ὁ μέγας, ξένε, πατρίδος ἀςτήρ,
  Μάρκελλος κλεινῶν Κλαύδιος ἐκ πατέρων·
ἑπτάκι τὰν ὑπάταν δ' ἀρχὰν ἐν Ἄρηϊ φυλάξας
  καὶ πολὺν ἀντιπάλων ἐγκατέχευε φόνον.

Plut. Marcell. 30: *ἐκεῖ δὲ (περὶ Λίνδον ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς) αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντι τοῦτ' ἦν ἐπιγεγραμμένον, ὥς Ποσειδώνιός φησι, τὸ ἐπίγραμμα· οὗτος — φόνον. Τὴν γὰρ ἀνθύπατον ἀρχήν, ἣν δὶς ἦρξε, ταῖς πέντε προσκατηρίθμησεν ὑπατείαις ὁ τὸ ἐπίγραμμα ποιήσας.* Tzetz. schol. in Homerica 48 (f. 47ᵛ codicis Augustani 354): *ἐπιγράμματα δὲ ἐπ' Ἀρχιμήδους φέρονται μυρία ὧν οὐδὲν ἐπίσταμαι εἰπεῖν· φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ Μαρκέλλου τόδε· οὗτος — φόνον.* Inde cod. Matr. 72 f. 128 ap. Iriarte p. 261.

v. 1. *ἀστός* Plut. codd. aliquot teste Stephano | v. 2. *κλεινὸς* C, *κλεινὸν* PM | v. 3. *ἑπτάκις* Plut. codd. CPM, Tzetz. Matr. | *τὰν*] *κτανθεὶς* Matr. | *ὑπάτων* Plut. codd. aliquot teste Stephano, *ὑπάταν* rell., *ὑπάταν δ'* scripsi; post prius enim distichon semicolon est ponendum | *ἄρεϊ* Matr. ‖ v. 4. *τὸν πολὺν ἀντιπάλοις ὃς κατέχευε φόνον* Tzetz. Matr.; sed Tzetzem ex memoria versus attulisse ex ipsius antecedentibus verbis colligere possumus. *καὶ* Iacobsio (animadv. 12 (III, 2) 202) et Reiskio offensionem habere videtur itaque *πάμπολυν* scripsit Reiske; ego si quid mutandum esse censerem, praeferrem *φύλαξε* corrigere in versu antecedenti | *ἐγκατέχεε* Plut. cod. D, *κατέχευε* CP, *εἲς κατέχευε* Reiske; an *ἐκκατέχευε*? *εἲς πολὺν ἀντ. ἔγκατ' ἔχευε φόνον* Stadtm. coll. *Λ* 438.

---

169. Tloe in Lycia. III. fere saec.

Εἰμὶ Νεοπτόλεμος Κρεσσοῦ, τρισσῶν δ' ἐν ἀδελφῶν
ἔστασαν Τλωεῖς κῦδος ἐμοῦ δόρατος,
οὕνεκεν ὧν Πισίδας καὶ ⟨Παίο⟩νας ἠδ' Ἀγριᾶνας
καὶ Γαλάτας, τόσσους ἀντιάσας, στόρεσα.

Steph. Byz. s. v. *Ἀγρίαι· . . λέγεται καὶ Ἀγριᾶνες ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι γραφέντι εἰς Νεοπτόλεμον Πισίδην οὕτως· εἰμὶ — στόρεσα.* (Inde recepit Lentz in Herodian. *π. καθ. προσῳδίας* p. 12, 7.)

v. 1. *δ' ἕν' ἀδελφῶν* codd., *δ' ἐμ' ἀδ.* Bergk Z. f. Alt. 1844 col. 271, *δ' ὁμαδελφῶν* Gronov., *δ' ἐν ἀδελφῶν* Haupt Herm. 2, 218 sq. (= opusc. 3, 378) i. e. in sacro trium fratrum: quod dubitanter recepi. Quam deorum vel dearum triadem venerati sint Lycii, nescimus. *δ' ἔναρ' ἐθνῶν* Stadtmueller ratus statuae addita esse trium gentium spolia ‖ v. 2. *ἐστασαν* V, *ἔστασαν* AR | *ἐμὸν δόρατος* codd., corr. Gronov. i. e. statuam posuerunt ut sit nuntia rerum a me gestarum; *ἑλόντα δορὶ* vel *δορὸς* Hecker² 77 ‖ v. 3. *οὐνεκενων* ΠRV, *ουνεκεων* cod. Salm., *οὐνε . .* A, *οὕνεκ. ἐγὼ* Bergk. Nempe magnus erat honor quod Tloenses Lycii Pisidae statuam erexerunt | *καὶ . . . ἄνες* codd., *καὶ Παίονας* Salm., quae gens vicina erat Agrianum ex Macedonia ut videtur in Asiam profectorum; *Ἀρκτάνας* vel *Σατριάνους* Gronov. Fort. in *καὶ ἄνες* latet *Λαιαίους* quae gens una cum Agrianibus affertur a Thucyd. 2. 96. | v. 4. *τοˢσοὺς* R, *τοσσοὺς* AV, *τοσσοῖς* H; *τρισσοὺς* Haupt, ideo statuam in trium fratrum sacro positam esse ratus quod tres gentes vicisset: sed ita evadit similitudo verborum magis quam rei. Immo Neoptolemus, etsi civis non erat, ideo honoratus est, quod eius virtus solito maior fuerat.

Neoptolemus dux Galatas duasque alias gentes vicisse censendus

est tertio fere a. C. saeculo; quo facto etiam Tloenses Lycios adiuvisse videtur.

---

170. Syracusis. —

Εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων
καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν,
φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπίχαρμον,
ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρακοσίων.

Laert. Diog. 8. 78: *καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγέγραπται τόδε· εἴ τι — Συρακοσίων.* Inde Anth. Pal. VII 125: *εἰς Ἐπίχαρμον* Am^c | *τὸν Συρακούσιον* Lm^c· *εἴ τι — Συρακοσίων.* Anth. Plan. *εἰς Ἐπίχαρμον· εἴ τι — Συρακοσίων.*

v. 1. *εἴ τι* in ras. F | *παραλλάσει* Anth. Pal., σ suprascr. C | *ἥλιος* Plan. || v. 2. *ἔχῃ* Laert. B || v. 3. *φαμὶ*] sic codd. | *ἐγὼ*] i. e. titulus ipse, cf. ep. n. 83 || v. 4. *ἐστεφάνωσ'*] *ωσ'* in ras. Laert. B | *ἅδε* Anth. Pal. ˜ perfecit C; sed displicet *ἅδε*; an *ὧδε* ut *στεφανοῦν* idem sit ac *τιμᾶν* ? | *συρηκοσίων* Laertii P, *συρρακουσίων* F; *Συρακόσιον* Boissonade.

Quando Syracusani Epicharmum statua honoraverint nescimus. Praeter hoc pulcherrimum epigramma traditur etiam Theocriti carmen (epigr. n. 18 Ziegl., Anth. Pal. IX 600), quod utrum alii eiusdem poetae statuae insculptum fuerit — quod putat Iacobs animadv. 7, 203 — an sit demonstrativi generis, discerni nequit.

---

171. Syracusis? —

— — — — — — — —
Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών.

Plut. de Alex. s. virt. II 5: *Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν ἐπιγράψας· Δωρίδος κτλ.* Respicit auctor epist. Socr. 35 (quem locum laudavit Bergk): *ἀνδρὸς* (i. e. *Διονυσίου*) *Φοίβου κοινώμασι βλαστόντος.*

„Fecit autem hoc fortasse in basi statuae, de qua loquitur Stephanus in schol. ad Aristot. rhet. 3. 2. 11 (Cram. Anecd. Paris. I p. 303): *ἐν δὲ τῇ στήλῃ γοῦν οἶμαι τοῦ Διονυσίου ἐγράφησαν ἐλεγεῖα τοιόνδε τὸν νοῦν· ὅτι, ὦ ξένε, ὦ ὁδῖτα, προσαγορεύω σε ἐγὼ ὁ χαλκοῦς Διονύσιος. ἐρωτᾷς δέ με τίς εἰμι, ὦ ξένε; ἐγὼ ὁ βασιλεὺς Σικελῶν, τιμήσας καὶ τοὺς λόγους καὶ τὸν ποιητήν.*" Welcker Spicil. I 36 (Rh. Mus. 1 p. 219). Huius fortasse scholii Bergk meminerat qui PL. II[4] 324 totum alicubi epigramma legisse sibi visus est.

172. — II p. C. saec.

Εἰμὶ Χάραξ ἱερεὺς γεραρῆς ἀπὸ Περγάμου ἄκρης,
ἔνθα ποτὲ πτολέμιξεν Ἀχιλλῆι πτολιπόρθῳ
Τήλεφος Ἡρακλῆος ἀμύμονος υἱὸς ἀμύμων.

Suid. s. v. *Χάραξ· Περγαμηνὸς ἱερεὺς καὶ φιλόσοφος, ὡς εὗρον ἐν ἀρχαίῳ βιβλίῳ ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· εἰμὶ — ἀμύμων.*

v. 2. *πτολέμιξεν* AC, *πτολέμιζεν* rell. | v. 3. *Ἡρακλῆς* B, *Ἡρακλῆς υἱὸς* habuerat E, sed *υἱὸς* erasum. | pro *ἀμύμων* Bernhardy *ἀγανός* vel simile quid proponit. Sed haud scio an poeta iterato eodem nomine splendorem aliquem dare versui voluerit. — Similis clausula Hom. *O* 641.

Potest esse inscriptio statuae Characis qui secundum Muellerum Fr. H. Gr. III 636 Hadriani aetate floruit.

173. — V. p. C. saec. Synesii.

Τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος ἢ Στρατονίκης.

Synes. epist. 75 p. 685 Herch.: *τοὐπίγραμμά μου* (*σου* cod., Petavius corr.) *τὸ κλεινόν . . . τῆς — Στρατονίκης ἐπίστασαι πάντως ὅτι καὶ εἰς ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε παρὰ τοῦ στίχου μαθών. Ταύτῃ τῇ φιλτάτῃ μου τῶν ἀδελφῶν ἦν καὶ εἰκόνος ἠξίωσα καὶ τοῦ στίχου κτλ.* Anth. Plan. 79 Iac.: *Συνεσίου φιλοσόφου εἰς εἰκόνα τῆς ἀδελφῆς.*

Hunc versum quem Stratonicae sororis effigiei subscripsit Synesius expressisse videtur ex epigrammate quale est Asclepiadae vel Posidippi Anth. Plan. 68 Iac.:

Κύπριδος ἅδ' εἰκών· φέρ' ἰδώμεθα μὴ Βερενίκας·
διστάζω ποτέρᾳ φῇ τις ὁμοιοτέραν.

III. Tituli reliqui.

1. Artificum artiumque tituli.

174. Olympiae. V. saec.

Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε Ϝέργα τέλεσσαν
Ἀργεῖοι τέχναν εἰδότες ἐκ πατέρων.

Paus. 6. 10. 5: *τὴν δὲ εἰκόνα Θεοπόμπου μὲν τοῦ παλαίσαντος τὸν ποιήσαντα οὐκ ἴσμεν· τὰς δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ* (= *Θεοπόμπου*) *καὶ τοῦ πάππου* (i. e. *Δαμαρέτου*) *φησὶ τὸ ἐπίγραμμα Εὐτελίδα τε εἶναι καὶ Χρυσοθέμιδος Ἀργείων. οὐ μὴν παρ' ὅτῳ γε ἐδιδάχθησαν δεδήλωκεν. ἔχει γὰρ δὴ οὕτως· Εὐτελίδας κτλ.*

v. 1. *ἔργα* codd. | *τέλεσαν* M Vab ‖ **v. 2.** *ἐκ προτέρων* codd.; *ἐκ πατέρων* Schubart assentiente Bergkio PL. III⁴ 433**.

Epigramma inscriptum erat in basi communi statuarum Damareti eiusque filii Theopompi. Unde verisimile est has statuas uno tempore dedicatas esse. Cum autem inter patris victorias, quae erant sexagesima quinta et sexta olympiade (Paus. l. l. § 4), et filii victoriam sine dubio aliquot interfuerint olympiades, initio quinti saeculi hae statuae videntur erectae esse.

---

175. Olympiae. V. saec.

Πολλὰ μὲν ἄλλα σοφῶ ποιήματα καὶ τόδ' Ὀνάτα
Αἰγινάτα, τὸν γείνατο παῖδα Μίκων.

Paus. 5. 25. 10: *τοῦτο* (n. 58) *μὲν δὴ ἐνταῦθά ἐστι γεγραμμένον, ὁ δὲ ἀγαλματοποιὸς ὅστις ἦν ἐπὶ τοῦ Ἰδομενέως γέγραπται τῇ ἀσπίδι· πολλὰ κτλ.*

v. 1. *σοφοῦ* codd., correxi | *ὀνάτου* Vb | particulae *μὲν* oppositum est *καὶ τόδε*; cf. Xen. Cyr. 1. 4. 3 *πολλὰ μὲν — καὶ ὅσα*, Kuehner gr. Gramm. II p. 813 | *ποίημα* etiam in Critonidis Parii titulo (Loewy n. 6). Fortasse noverat poeta Phocylidis carminum exordia: *καὶ τόδε Φωκυλίδεω*. ‖ **v. 2.** *ἔργον αἰγεινήτου εἰσεγείνατο* Ag, *ἔργον αἰγινήτου ὃν ἐγείνατο* M Va, *ἔργον αἰγινή*(τ) *ἐγείνατο* Pc, *ἔργον αἰγινήτεω τὸν ἐγείνατο* Vb, *ἔργον αἰγεινοτέω τὸν γείνατο* La, *ἔργον αἰγινήτου ὃν ἐγείνατο* Lb; *ἔργον ἐν Αἰγίνῃ τὸν τέκε* Aldina, *ἔργον ὃν Αἰγίνῃ γείνατο* Buttmann O. Mueller Schubart, *ἔργμ', ὃν ἐν Αἰγίνᾳ γ.* Stadtm., *Αἰγινήτεω τὸν γ.* Kayser

Rh. M. 5, 359 sq., quod ita recepi ut Doricum genetivum scriberem. Nam in Buttmanni coniectura *Αἰγίνῃ* offendit, quod dativus mirum sane sensum inferret, pro locativo autem vix usurpari potest. Omnes porro codices gentile *Αἰγινήτου* exhibent nec, qua de causa librarius aliquis *τὸν* post *Αἰγινήτου* inseruerit, facile esset ad explicandum. Immo pron. *τὸν* si quid aliud genuinum est, *ἔργον* autem vocabulum a librario aliquo interpolatum. Quodsi versus parum elegans est, hoc in artificis inscriptione minime offendit. Possis etiam conicere: *Αἰγινάτας τὸν*.

O. Mueller in Aegineticis p. 105: „Quantopere Böttiger errat hos versiculos ipsius esse Onatae, ne temporis quidem Onatae sunt, quod credere videtur Winckelmann IV p. 23." Qua in re mire falsus est vir doctus. Minime enim offendit artificem se ipsum laudare — conferas epigrammata n. 178, 181—184 — atque inde quod multa alia opera Onatae esse dicuntur, solum hoc sequitur monumentum ad quod hi versus pertinent non ab adolescente artifice factum esse. Immo certe genuinus est titulus, etsi hoc in medio relinquitur, num ab Onata ipso compositus sit.

176. Olympiae. V. saec.

a) Υἱὸς μέν με Μίκωνος Ὀνάτας ἐξετέλεσσεν
νάσῳ ἐν Αἰγίνᾳ δώματα ναιετάων.

Paus. 8. 42. 10: *Ὀνάτα καὶ ταῦτα ποιήματα* (sc. Hieronis anathemata), *καὶ ἐπιγράμματα ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ μὲν ὑπὲρ τοῦ ἀναθήματός ἐστιν αὐτῶν· σόν κτλ.* (= n. 126), *τὸ δὲ ἕτερον λέγει τῶν ἐπιγραμμάτων· υἱός κτλ.*

v. 1. *μὲν* (om. *με*) Pc Va, *με* (om. *μέν*) M Vb Vn Ag Lab; *μέν με* Hermann, *μέν γε* Sylburg, *ἐών με* Kayser Rh. Mus. N. F. 5, 359 | *ἐξετέλεσσε* Iacobs ‖ v. 2. *νάσῳ* om. Va Lb | *Αἰγίνῃ* codd., corr. Iacobs.

b) Υἱὸς μέν με Μίκωνος Ὀνάτας ἐξετέλεσσεν
αὐτὸς ἐν Αἰγίνᾳ δώματα ναιετάων.

Paus. 5. 25. 13: *τῷ δὲ ἀναθήματι τῷ ἐς Ὀλυμπίαν Θασίων ἔπεστιν ἐλεγεῖον· υἱός κτλ.*

v. 1. *μὲν* (om. *με*) Pc Ag Lb Va, *μέν γε* Vb La M ‖ v. 2. *αὐτὸ* Lab M Ag Vab; *νάσῳ* hic quoque scribendum esse putant Kayser l. l. et Bergk PL. III[4] 433*; neque tamen opus est artificem epigramma ad verbum repetiisse. Fortasse *ἀστὸς* scripsit | *Αἰγίνῃ* codd.

177. Olympiae. V. saec.

Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε.

Paus. 5. 10. 2: *Φειδίαν δὲ τὸν ἐργασάμενον τὸ ἄγαλμα εἶναι καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐς μαρτυρίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς γεγραμμένον τοῖς ποσίν· Φειδίας κτλ.*

Χαλμίδου Vab | aut *ἐποίησε* quod codd. exhibent, scribere poterat aut *ἐπόησε*; cf. Kaibel 759, 3 *Εὔφρων ἐξεποίησ'* et Meisterhans² p. 44. De *ν* ephelcystico in enuntiati fine quinto saeculo saepius neglecto quam posito cf. idem p. 89.

Hic Phidiae versus Iovis scabello inscriptus nihilo deterior est quam ille quem Athenodorus et Asopodorus artifices composuerunt IGA 41.

---

178. Athenis. —

Ὃς τὴν ἱππάφεσιν ἐν Ὀλυμπίᾳ εὕρατο πρῶτος,
τεῦξέ με Κλειοίτας υἱὸς Ἀριστοκλέος.

Paus. 6. 20. 14: *τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀρχῆς Κλεοίτας ἐστὶν ἄφεσιν μηχανησάμενος, καὶ φρονῆσαί γε ἐπὶ τῷ εὑρήματι, ὡς καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ ἀνδριάντι τῷ Ἀθήνησιν ἐπιγράψαι· ὃς κτλ.*

v. 1. *τὰν* et *πρᾶτος* corrigere dubitavi, cum qua aetate Cleoetas vixerit plane incertum sit | *ἱππάθεσιν ἐν* Ag (?), *ἱππάφεσίν γε* Vb, *ἱππάφεσιν* rell., corr. Koraes, *ἱππάφεσίν σεν*, *Ὀλυμπία* Ald. | *ὀλυμπία* La | *εὕρατο* Dorice; sed inferiore aetate occurrit etiam apud ceteros Graecos; v. Meisterhans² 147 et Veitch greek verbs s. v.; *εὗρε τὸ πρῶτον* Koraes, *εὕρετο* falso Cougny ‖ v. 2. *τοῦ ξέμε* Lb, cf. Loewy n. 59 *ἔτευξε* IV. saec. (quod contra Gurlittium, Pausanias p. 321, affero hoc verbum multo inferioris aetatis esse censentem); fort. *τεῦξεν ἐμὲ Κλέοιτας Ἀριστοκλέους* codd., quod correxi cum non putem filii nominis formam Doricam fuisse, patris Atticam.

Hoc epigramma fortasse insculptum fuit in illa Cleoetae statua Atheniensi, quam in arce collocatam esse tradit Pausanias 1. 24. 3: *ὅστις δὲ τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα ἐπίπροσθε τίθεται τῶν ἐς ἀρχαιότητα ἡκόντων καὶ τάδε ἐστίν οἱ θεάσασθαι· κράνος ἐστὶν ἐπικείμενος ἀνήρ, ⟨ἔργον⟩ Κλεοίτου κτλ.* Ex his verbis verisimile fit Cleoetam a periegeta artificibus vetustioribus i. e. sexti vel quinti saeculi adscriptum non esse (cf. Gurlitt Pausanias p. 320). Falsa igitur est eorum opinio, qui eius patrem Aristoclem illum Atheniensem esse putant sexagesima quinta fere olympiade florentem (Loewy n. 9 et 10). Atque Atticum non esse Cleoetam ipsa nominis forma docet. — De carceribus quos Olympiae exstruxit v. Brunn Künstlerg. II 367.

---

179. Delphis in lescha. V. saec. Simonidis (160 Bgk.).

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
υἱός, περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Paus. 10. 27. 4: *κατὰ τοῦτο τῆς γραφῆς* (i. e. a dextra parte tabulae) *καὶ ἐλεγεῖόν ἐστι Σιμωνίδου· γράψε κτλ.* Plut. de defect. oracul. 47 p. 436 A: *καὶ μὴν τῶν γε μιμημάτων τούτων καὶ εἰδώλων*

ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς ἐπιγέγραπται· γράψε — ἀκρόπολιν. ὡς ὁρᾶται γράψας. Schol. ad Plat. Gorg. 448 B: *Πολύγνωτος . . οὗ ἐν Δελφοῖς ἡ θαυμαστὴ γραφή, ᾗ ἐπιγέγραπται· γράψε κτλ.* Anth. Pal. IX 700: *Σιμωνίδου* Bm°. Cf. Photius lex. I p. 273 N.: *Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος· Πολύγνωτος ὁ ζωγράφος οὕτως ἐπεγέγραπτο.* (Idem ap. Hesych. s. v. *Θάσιος*, cf. Schneidewin coniect. crit. p. 174.) Respicere annotavit Bergk Philostratum vit. Apollon. 6. 11 p. 222 Kayser[2]: *οὔτε τὴν ἁλισκομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν, ἣν Πολύγνωτος ἐκεῖ γράφει.*

v. 1. *γράψαι* Pausaniae Va M Lb, *γράψεν* Anth. | *ἀρίγνωτος* Anth. | *δ' ἀγλαοφῶντος* Pausaniae Lb Vab, *δὲ ἀγλαοφῶντος* eiusdem Ag; fort. *Ἀγλωφῶντος* quod exhibent tituli Thasii (Bechtel Gött. G. d. W. 1885) ‖ v. 2. *περθομέναν* Plut., quod receperunt Schneidewin et Bergk; at quomodo Dorica forma possit explicari, cum et Simonides et Polygnotus Ionica essent patria nati, ego intellegere nequeo. | *ἠλίου* Anth.

Simonidem huius epigrammatis auctorem esse consentiunt Pausanias et Anthologia. Unde colligere licet fuisse distichon in Simonideorum sylloge Alexandrina.[1])

---

180. Delphis. —

Τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔχευε χάριν.

Athen. 2 p. 48 b: *ἤκμασε δ' ἡ τῶν ποικίλων ὑφή, μάλιστα ἐντέχνων περὶ αὐτὰ γενομένων Ἀκεσᾶ καὶ Ἑλικῶνος τῶν Κυπρίων. ὑφάνται δ' ἦσαν ἔνδοξοι· καὶ ἦν Ἑλικὼν υἱὸς Ἀκεσᾶ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος* (fr. 32 Hi.). *ἐν Πυθοῖ γοῦν ἐπί τινος ἔργου ἐπιγέγραπται· τεῦξ' κτλ.* Inde Eustath. od. 1400, 13: . . *ὡς ἐδήλου ἐπίγραμμα ἐν Πυθοῖ ἐπί τινος ἔργου τοιοῦτον· τεῦξ' κτλ.*

v. 1. *ὧν ἐνὶ* Eust. ‖ v. 2. *ἔτευξε* codd. quod manifesto ex hexametro sumptum; *ἔτευξε* Hecker I 67 inepte, *ἔπνευσε* Kaibel quod de poetis dici memini, de artificibus non item neque quadraret dativus *ἐνὶ χερσί*; *ἐπηῦξε* Stadtm., *ἔχευε* Menrad coll. Hom. β 12 (θ 19, ρ 63): *θεσπεσίην δ' ἄρα τῷ γε χάριν κατέχευεν Ἀθήνη*: quod recepi haud ignarus aliam h. l. *χάριν* vim habere aliam apud Homerum.

De Helicone et Acesa haec narrat Zenobius 1, 56 (= Diogenian. 2, 7): *Ἀκεσέως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα ἐπὶ τῶν θαύματος ἀξίων· οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς πέπλον ἐδημιούργησαν, ὁ μὲν Ἀκεσεὺς γένος ὢν Παταρεύς, ὁ δὲ Ἑλικὼν Καρύστιος.* Sed haud scio an veteres nihil certi compertum habuerint de his artificibus. Etenim quod ad eorum aetatem attinet, Plutarchus Heliconem vocat *τὸν παλαιόν* (Alex. 32) neque inde quod utrumque peplum Minervae *Πο-*

1) Boissonade ap. Duebnerum adnotat egisse de hoc ep. Gedoynum in Memor. acad. Inscr. tom. VI p. 458: quam commentationem frustra quaesivi.

λιάδος texuisse tradunt, aliud colligere possumus quam satis antiquis temporibus eos floruisse, cf. Studniczka altgr. Tracht. I 136.[1]) Plura vel etiam nimia comperimus de eorum patria cum aliam dicat epigramma, alias paroemiographi. Atque utrius partibus accedendum esset, facile discerni posset, si ipse Helico illos versus operi Delphico intexuisset. Quos spurios esse iudico, non quo artificis nimia ipsius laude offendar (v. ad ep. 175), sed quod veri dissimillimum est pervetustis temporibus, septimo vel sexto saeculo, disticho textorem vestem exornasse neque satis habuisse suum nomen dedicandique verbum acu inscribere. Quam ob rem Hillero assentior, qui (in satur. philol. Sauppio obl. p. 115) epigramma non ab ipso Helicone, sed postea demum texturae adiectum esse censet.

---

181. 182. 183. Lindi aliisque locis. IV. saec. Parrhasii.

Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τόδ' ἔγραψα
  Παρράσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου.
οὐδὲ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς μ' ἀνέφυσε
  γνήσιον, Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.

Εἰ καὶ ἄπιστα κλύουσι, λέγω τάδε· φημὶ γὰρ ἤδη
  τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ
χειρὸς ὑφ' ἡμετέρης· ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν
  οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς.

— — — — — —

Οἷος δ' ἐννύχιος φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν
  Παρρασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾶν.

Ad 181—183. Athen. 12 p. 543 c: (*Παρράσιος*) *ἐπέγραφε τοῖς ὑφ' αὐτοῦ ἐπιτελουμένοις ἔργοις· ἁβροδίαιτος — ἔγραψα. καί τις ὑπεραλγήσας ἐπὶ τούτῳ παρέγραψε ῥαβδοδίαιτος* (v. Brunn hist. artif. II 119) *ἀνήρ.* (Haec ex Clearcho sumpsit, quae sequuntur, ex alio auctore.) *ἐπέγραψε δὲ ἐπὶ πολλῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ τάδε· ἁβροδίαιτος — τέχνης. ηὔχησε δ' ἀνεμεσήτως ἐν τούτοις· εἰ καὶ — βροτοῖς.* Paulo post: *τερατευόμενος δ' ἔλεγεν, ὅτε τὸν ἐν Λίνδῳ Ἡρακλέα ἔγραφεν, ὡς ὄναρ αὐτῷ ἐπιφαινόμενος ὁ θεὸς σχηματίζοι αὐτὸν πρὸς τὴν τῆς γραφῆς ἐπιτηδειότητα. ὅθεν καὶ ἐπέγραψε τῷ πίνακι· οἷος — ὁρᾶν.* Plin. n. h. 35. 71: (Parrhasius) fecundus artifex, sed quo nemo insolentius usus sit gloria artis, namque et cognomina usurpavit *habrodiaetum* se appellando aliisque versibus *principem artis* et *eam ab se consum-*

---

1) Certe peplum Athenienses illis artificibus solum ideo tribuebant, quod erat *θαύματος ἄξιον ἔργον.*

matam et super omnia *Apollinis* se *radice ortum*[1]) et *Herculem*, qui est Lindi, *talem a se pictum, qualem saepe in quiete vidisset.*

Ad 181. Athen. 15 p. 687 b: *Παρράσιος . . ἀντελάβετο τῆς ἀρετῆς ἐπιγραψάμενος τοῖς ἐν Λίνδῳ πᾶσιν αὐτοῦ ἔργοις· ἁβροδίαιτος — Παρράσιος· ᾧ κομψός τις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ . . παρέγραψε τὸ ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ. . . . ταῦτα μὲν ὁ Κλέαρχος.*

Ad 182. Aristid. II p. 520 D: *ἀλλ' ἐμὲ πρῴην ἀνὴρ ἑταῖρος, ὃς οὑτωσὶ καθῆστο μάλα πλησίον, ζωγράφου τι ἐπίγραμμα ἐξεδίδασκε τοιοῦτον· εἰ καὶ — βροτοῖς.*

181. v. 1. ἀρετὴν δὲ Bergk II[4] 320 | τόδ' Clearchus sec. Ath. 543, τάδ' rell. | ἔγραψε codd., corr. O. Iahn Ber. d. s. G. d. W. 1856 p. 286 ‖ v. 3. λιπόμην O. Iahn ap. Benndorf de anth. epigr. 29 | ὅς μ' ἀνέφυσε Hecker[2] 126, ὃς ἀνέφυσε A (cod. Ath.), ὅς γ' ἀνέφυσε dett. codd., ὅς νιν ἔφυσεν Iacobs, ὅς ῥα μ' ἔφυσε Meineke ‖ v. 4. quod spurius esset, exprobratum esse putat Parrhasio Bergk.

182. Leviora omisi: v. 1. τάδε omis. Ath. ‖ v. 2. τῆς τέχνης Aristid. codd. praeter Θ ‖ v. 4. ἐγένετο Aristid. codd. praeter Θ.

183. v. 1. ἐννύχιον codd., corr. Cobet prosopogr. Xen. p. 51.

Primi epigrammatis initium Athenaeus affert ex Clearcho, cuius verba bis — p. 543 et pleniora p. 687 — exhibet, totum novit ex alio auctore quo p. 543 d usus est inde a verbis *ἐπέγραψε δὲ ἐπὶ πολλῶν κτλ.* et ex quo eodem hausit Plinius: Antigonum esse Carystium putat Robert, Theophrastum Klein, ego quis sit me nescire fateor. Atque uterque auctor inscriptum fuisse epigramma multis Parrhasii tabulis contendit neque est cur eorum testimonio diffidamus.

Item Athenaei auctori fides est habenda, cum versus, quos ille tertio loco refert, a Parrhasio Lindii Herculis imagini subscriptos esse dicat. Exordium quidem epigrammatis apparet noniam exstare: quodsi Clearchus recte traderet omnibus Lindi tabulis Parrhasium *ἁβροδίαιτος κτλ.* subscripsisse, hos versus disticho *οἷος κτλ.* praeisse necesse esset; sed minime est probabile bis in titulo pictoris nomen scriptum fuisse; immo periisse videtur tale quid: *ὁ δεῖνα ἀνέθηκε τόνδε Ἡρακλέα· οἷος κτλ.*

Secundum vero epigramma inscriptum fuisse neque Athenaeus contendit neque qui idem tradit, Aristides. Certe non est legitimus tabulae alicuius titulus, neque vero quidquam obstare confitemur, quin legitimo titulo adscriptum fuerit, quemadmodum ep. n. 189 in statua Praxitelis Amoris.[2])

Attamen longe aliter et de hoc et de primo epigrammate sensit Otto Iahn (Ber. d. sächs. G. d. W. ph. h. Kl. 1856, 284 sqq.). Is enim

1) Quod in perditis versibus dixisse videtur.

2) De ratione quae inter hoc et Zeuxidis epigramma intercedit, vide quae ad illud adnotavi n. 184.

haec duo tetrasticha non Parrhasii titulos, sed reliquias esse censet Nicomachi pictoris elegiae, in qua clarissimi pictores loquentes et de principatu certantes inducti essent: praeter hos octo versus fragmenta eiusdem elegiae esse etiam Zeuxidis epigramma (n. 184) et distichon quod de Apollodoro exstat apud Hephaestionem (de metr. 4, 3) et ea quae poetico quodam colore tincta Plinius 35, 61 de Apollodoro et Zeuxide tradit. Plura his addidit Benndorf de Anth. ep. p. 26 sqq., qui in eo tantum dissentit ut Nicomachi esse elegiam incertum esse dicat. Re vera omnia quaecunque Iahn et Benndorf proferunt, incerta sunt: coniectura eorum etsi speciosa est tamen ne uno quidem nititur firmiore argumento. Certe valde mirum esset, ut hoc unum dicam, quod versus illos esse elegiae fragmenta non solum apud Athenaei Pliniique auctorem, sed etiam apud Clearchum et Aristidem nullum exstat vestigium. Sed cum nemo fere quod sciam recentiorum[1]) in Iahnii et Benndorfii partes iverit, superfluum puto esse refellendi munus quo Bergk functus est, denuo suscipere. Versus sunt si qui alii genuini ingenuamque artificis superbiam spirant.

184. — c. 400. Zeuxidis.

Ἡράκλεια πατρίϲ· Ζεῦξιϲ δ' ὄνομ'· εἰ δέ τιϲ ἀνδρῶν
  ἡμετέρηϲ τέχνηϲ πείρατά φηϲιν ἔχειν,
δείξαϲ νικάτω· . . . .
  – ◡· δοκῶ δ' ἡμᾶϲ οὐχὶ τὰ δεύτερ' ἔχειν.

Aristid. II 521: *ἄκουε δὴ καὶ ἑτέρου ζωγράφου, ὡς μὲν σὺ φαίης ἂν ἀλαζονευομένου, ὡς δὲ οἱ ταῦτα δεινοὶ λέγουσιν, οὐ μεῖζον ἢ προσῆκον φρονήσαντος· λέγει δὲ τί; Ἡράκλεια — νικάτω· δοκῶ δέ, φησίν, ἡμᾶς — ἔχειν. καὶ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα οὔτ' ἐκεῖνος ἀπώκνησεν ὡς θρασὺ οὔτε τις αὐτῷ τῶν ἑταίρων ἀπαλεῖψαι συνεβούλευσεν, ἐπειδή γε ἐποίησεν.*

Epigramma tabulae alicui adpictum esse a Zeuxide Aristidis verba (*ἀπαλεῖψαι*) idque legitimum artificis titulum fuisse primus docet versus. Carpit autem Zeuxis hac inscriptione Parrhasii carmen n. 182, quo ille se fastigium artis assecutum esse gloriatus erat, eumque provocat ad certamen (v. 3). Certamina enim artificum instituta esse post inventum Paeonii titulum Olympicum nemo iam negabit. Atque similiter inter se cavillati sunt Iphio et Mico pictores

1) Flach Gesch. d. gr. Lyr. 457 sq., Bergk PL. II, Robert Arch. Märchen 79 not., Klein Arch.-epigr. Mitteil. a. Oest. 12, 114 sqq. - Unus Mart. Hertz in ind. lect. Vratisl. 1867 p. 15, 21 Iahnio assensus est.

Anth. Plan. 84 et Pal. IX 757; cf. Klein Arch.-ep. Mitt. aus Oesterr. 1887 p. 204 et 211.

185. — I. vel ante vel post C. saec.?

Γραμμαὶ Παρραcίοιο, τέχνα Μυόc· ἐμμὶ δὲ εἰκὼν
Ἰλίου αἰπεινᾶc, ἃν ἕλον Αἰακίδαι.

Athen. 11 p. 782 b: *ἔνδοξοι δὲ τορευταὶ Ἀθηνοκλῆς . . καὶ Μῦς, οὗ εἴδομεν σκύφον Ἡρακλεωτικὸν τεχνικῶς ἔχοντα Ἰλίου ἐντετορευμένην πόρθησιν, ἔχοντα ἐπίγραμμα τόδε· γραμμαί κτλ.*

v. 1. *γραμμά* cod., corr. Bergk PL. II[4] 232, *γράμματα* Iacobs (cf. Anth. P. VI 352), *γράμμα τὸ* Merrick in diss. ad Tryphiod. p. XL not. m. teste Cougny | *Πηρασίοιο* cod., corr. Iacobs exercitat. crit. II p. 152, cf. Paus. 1. 28. 2 . . . *τῷ δὲ Μυῒ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων Παρράσιον καταγράψαι τὸν Εὐήνορος.* Sed Bergk Meinekio duce codicis lectionem servandam esse Pausaniamque „cum legisset Perasio socio laboris fere usum esse Myn nominis similitudine deceptum Parrhasium Euenoris substituisse“ putat. Quam ad opinionem adductus est, ni fallor, temporum ratione, cum Minervae propugnatricis statua, cuius clipeum caelasse Myn Pausanias tradit, Cimone auctore erecta esset, Parrhasius autem hoc tempore nondum natus vel certe ea aetate fuerit, qua huius statuae perficiendae vix particeps fuisse putandus esset. Sed ego optione data multo verisimilius esse censeo clipeum Minervae multis annis post ipsam statuam a Mye caelatum esse (cf. Overbeck G. d. gr. Pl. I[3] 252, Lange Arch. Ztg. 1881 p. 199) quam novum aliquem Perasium, de quo ne id quidem constat num nomen sit graecum, artificum numero adscribendum esse. | *ἐμμὶ*] propter hanc formam aeolicam Hecker[2] 355 scribit *Παρρασίῳ* et *Ἰλίῳ*, quas coniecturas propter aetatem tituli (v. infra) superfluas esse iudico | *ἔργον* cod., corr. Meineke exerc. in Ath. II p. 20 sq., *ἐμμὶ δ' ἀπαρχῶν* Thiersch Abh. d. B. Ak. phil. Kl. 5, 2 p. 138, *ἐμμὶ δὲ πέρσις* Schweighaeuser || v. 2. *ἕλεν Αἰακίδας* Hecker l. l., Neoptolemum significari ratus, et consentire videtur calix argenteus Monacensis, cf. Baumeister Denkm. I 743. Sed nescio an Achillem et Neoptolemum dicere voluerit poeta.

Valde dubito num hic calix Heracleoticus Myos fuerit opus. Quarto enim saeculo poculo non ita magno, quale erat *σκύφος*, totum distichum incisum esse vix est credibile. Et accedit quod verba *τέχνα τινός* quibus poëta in primo versu utitur, in artificum titulis imperatorum demum aetate inveniuntur.[1]) Atque notum est ex Propertii et Martialis carminibus homines tunc libenter Myos opera caelata iactasse, quae magnam partem non archetypa, sed adulterina puto fuisse (cf. Mart. 8. 34). His igitur etiam hunc calicem Heracleoticum adscripserim.

Exstat in antiquario Monacensi calix argenteus, opus Graeci artificis, in quo Troiae expugnatio efficta est (v. Baumeister Denkm.

1) E dialecto nihil possumus colligere, cum cuias fuerit Mys nesciamus. Quodsi Kirchhoff *Μῦν Ἑρμίου ἰσοτελῆ* CIA II 2, 741 Add. p. 511 recte eundem atque artificem esse censet, is non fuit Atheniensis.

I 743). Cui num praeter rem etiam arte fuerit similis calix ille Heracleoticus, prorsus nescimus; cf. etiam Brunn Sb. d. Bayr. Ak. 1868 I p. 235 sqq.

---

186. Olympiae. VI. saec. Eumeli?

Paus. 5. 17. 5: *τῶν δὲ ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγράμματα ἔπεστι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα· καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. ... γέγραπται δὲ ἐπὶ τῇ λάρνακι καὶ ἄλλως τὰ ἐπιγράμματα ἑλιγμοῖς συμβαλέσθαι χαλεποῖς.*

A. *Τῆς δευτέρας χώρας.*

1) Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον, ἅν Ϝοι Ἀπόλλων
ἅρπασεν, ἐκ ναϜοῦ ἀνάγει πάλιν οὐκ ἀϜέκουσαν.

Paus. 5. 18. 2: *τὰ δὲ ἐς τὸν ἄνδρα τε καὶ τὴν γυναῖκα ἑπομένην αὐτῷ τὰ ἔπη δηλοῖ τὰ ἑξάμετρα· λέγει γὰρ δὴ οὕτως· Ἴδας — ἀέκουσαν.*

v. 1. *εἴδας* Lb Ag Pc M Vab Fab, *ἴδα* La | *Μάρπησαν* La Ag Vb | *ἂν* M Pc Ag Fab Lab, *τάν* Vb | *οἱ πόλλων* La, *οἱ Ἀπόλλων* rell., fort. *Ϝοι Ἀπέλλων*; de Roberti coni. v. comm. ‖ **v. 2.** *ἤρπασεν ἐκ ναοῦ πάλιν ἄγει* Vb, *ἅρπασε τὰν ἐκ ναοῦ πάλιν ἄγει* rell.; *ἅ. τ. ἐ. ν. ἄγει πάλιν* Musurus, *ἅ. ἐκ ναοῦ πάλιν ἐξάγει* Dindorf in ed. praef. p. IX, . . *πάλιν ἂψ ἄγει* Stadtm. coll. *Σ* 280, *ἐκ ναϜοῖο πάλιν ἄγει* Menrad (*πάλῑν* ut Hom. *K* 281, cf. Hartel hom. Stud. I[2] 109); quae in textu posui, ipse conieci | *οὐκ ἀέκουσαν* codd., *οὐκ ἐθέλουσαν* Dindorf.

Robert in Herma 23, 440 sqq. corruptissimum putat hoc epigramma esse; laedi enim non solum metrum (*πάλιν ἄγει*), sed veri dissimillimum esse Marpessam ab Apolline in templo esse servatam. *Ἑλιγμοὺς* igitur quosdam a periegeta, qui quin Polemo sit, ille quidem non dubitat, male intellectos pluraque verba pessime esse lecta. Immo versus sic fere restituendos esse:

Ἴδας Μάρπησσαν καλλίσφυρον Εὐανίναν,
ἅν οἱ Ἀπόλλων ἅρπασ' ΒΤΛΝΒΚΝΛϜΟ *οὐκ ἀέκουσαν.*

Εὐανίναν enim, quod ex versu homerico sumpsit (*I* 557) litteris Corinthiacis sic scriptum ΝΛΝ≶ΝΛΥᗺ Polemonem a sinistra orsum ΓΛΛ≶ΝΛΙΒ = *πάλιν ἄγει* legisse. Quid vero in *τὰν ἐκ ναϜοῦ* lateat se non expedivisse confitetur Robert. Multa sane ex illis *ἑλιγμοῖς*, quos quomodo hoc in epigrammate curvatos esse putandum sit ego nescio, eruere potuit vir doctus! Sed quid tandem profecimus addito *Εὐανίναν* vocabulo? Nonne maiore cum probabilitate, si *πάλιν ἄγει* corruptum esse censebimus, genuina verba eodem loco collocata fuisse contendemus intactumque relinquemus priorem versum, cuius verba integra esse Robert ipse concedit? Et lenissime sane versus secundus corrigi potest, cum meo iudicio nihil offendat quod Idas dicitur Marpessam ex templo educere. In arca enim secundum Pausaniae verba

Apollo ipse non effictus erat, sed vir et femina illum sequens i. e. Idas et Marpessa. Finxit igitur anaglyphi artifex virginem e templo excedentem, ut deo eam eripi significaret.

2) Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' Ἀφροδίτα.

Paus. 5. 18. 3: *Μηδείας δὲ ἐπὶ θρόνου καθημένης Ἰάσων ἐν δεξιᾷ. τῇ δὲ Ἀφροδίτη παρέστηκε· γέγραπται δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτοῖς· Μήδειαν κτλ.*

Ἰάσων] *ι* consonantis locum tenet | *γαμίει* Vb fort. recte | *ἀφροδίτη* Lb.

3) Λατοΐδας οὗτός γα Ϝάναξ ϜεκάϜεργος Ἀπόλλων·
Μοῦσαι δ' ἀμφ' αὐτὸν χαρίεις χόρος αἶσι κατάρχει.

Paus. 5. 18. 4: *πεποίηνται δὲ καὶ ᾄδουσαι Μοῦσαι καὶ Ἀπόλλων ἐξάρχων τῆς ᾠδῆς· καί σφισιν ἐπίγραμμα γέγραπται· Λατοΐδας κτλ.*

v. 1. *οὗτος τάχ'* codd.; *οὗτος ὅγ'* Siebelis, *αὐτὸς τάδ'* Unger Philol. 33, 367, *οὗτός γα Ϝάναξ* Haupt opusc. 3, 466: ΙΑϜ enim a periegeta falso ΤΑ+ lectum esse. De particula *γε* v. infra n. 6 et Kaibel 742 | *ἑκάεργος* codd. || v. 2. *Μοισᾶν* Lennep | *ἀφ' αὐτὸν χαρίει* M.

4) Ἄτλας οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δὲ μᾶλα μεθήσει.

Ibidem: *Ἄτλας δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ὤμων κατὰ τὰ λεγόμενα οὐρανόν τε κατέχει καὶ γῆν, φέρει δὲ καὶ τὰ Ἑσπερίδων μῆλα, . . . γέγραπται δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις· Ἄτλας κτλ.*

Cf. Hesiod. theog. 517: *Ἄτλας οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης* | *οὐρανὸν* om. Pc | *μᾶλα μαθήσει* La.

B. *Τῆς τετάρτης χώρας.*

5) Τυνδαρίδα Ϝελέναν φέρετον Αἴθραν τ' Ἀφίδναθεν [ἕλκετον].

Paus. 5. 19. 2 sq.: *εἰσὶ δὲ ἐπὶ τῇ λάρνακι Διόσκουροι, ὁ ἕτερος οὐκ ἔχων πω γένεια, μέση δὲ αὐτῶν Ἑλένη. Αἴθρα δὲ ἡ Πιτθέως ὑπὸ τῆς Ἑλένης τοῖς ποσὶν εἰς ἔδαφος καταβεβλημένη μέλαιναν ἔχουσά ἐστιν ἐσθῆτα. ἐπίγραμμα δ' ἐπ' αὐτοῖς, ἔπος τε ἑξάμετρον καὶ ὀνόματός ἐστιν ἑνὸς ἐπὶ τῷ ἑξαμέτρῳ προσθήκη· Τυνδαρίδα κτλ.* Cf. Dio Chrysost. 51 p. 325 R.: *εἶπον . . ὅτι αὐτὸς ἑωρακὼς εἴην ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τοῦ νεὼ τῆς Ἥρας ὑπόμνημα τῆς ἁρπαγῆς ἐκείνης ἐν τῇ ξυλίνῃ κιβωτῷ τῇ ἀνατεθείσῃ ὑπὸ Κυψέλου τοὺς Διοσκούρους ἔχοντας τὴν Ἑλένην ἐπιβεβηκυῖαν τῇ κεφαλῇ τῆς Αἴθρας καὶ τῆς κόμης ἕλκουσαν καὶ ἐπίγραμμα ἐπιγεγραμμένον ἀρχαίοις γράμμασιν.*

ἑλέναν codd., corr. Robert | *Αἴθλαν δ'* Ag, *Αἴθραν δ'* rell., nisi quod *δὲ* Va | *ἕλκετον Ἀθάναθεν* M Pc Ag Lab Fab, *ἕλκε τὴν Ἀθήναθεν* Va; *Ἀθάναθεν* (◡ ◡ ⊥ ◡) *ἕλκετον* Vb et vulgo; *ἑλκεῖτον Ἀθ.* Weber; *ἀπ' Ἀθανᾶν* | *ἕλκετον* Dindorf in ed. praef.; *Αἴθραν τ' Ἀφίδναθεν* [*ἕλκετον*] Bergk PL. III[4] p. 19 cum *ἕλκετον* ab artifice interpolatum esse censeat eique assensus est Hecker[2] 33; praeclare *Ἀφίδναθεν*, sed *ἕλκετον* nihil est nisi pervetustum glossema verbi *φέρετον*, quod iam

Pausanias in eo, quo usus est libro invenerat; consimilem interpolationem vide infra in apparatu ep. n. 8. Quo verbo secluso *Ἀφίδναϑεν* non iam ad solam Aethram, id quod habuit offensionis aliquid, sed ad utramque spectat mulierem. Robert (Hermes 23, 436 sqq.) memor Dionis Chrysostomi (*Ἑλένην — ἕλκουσαν*) misere corruptum esse putat titulum et ita fere restituendum: *Τυνδαρίδα Ϝελέναν φέρετον ⟨Σπάρτανδ'⟩ Ἀφίδναϑεν· | Αἴϑραν δ' ἕλκει* TON . . . pessimo et rhythmo et sermone; debuit certe *ἃ δ' Αἴϑραν ἕλκει* . . . Cf. commentarium.

Maass in Parergis Atticis (ind. schol. Gryphisw. 1889/90) demonstravit fabulae versionem, quae refert Athenas abductam esse Helenam a Theseo et inde a Dioscuris reductam una cum Aethra, conformatam esse a Lacedaemoniis; bene igitur in titulo Cypselidarum cistae, quae esset Corinthiaca vel certe Peloponnesiaca, legi *Ἀϑάναϑεν* quam codicum lectionem ne corrigeremus cavendum esse. Sed quomodo versus restituendus esset, ille quidem quaerere omisit; satis habuit Bergkii coniecturam *Ἀφίδναϑεν* reicere. Concedimus si de Laconica Aphidna cogitaremus, magnas orituras esse difficultates, et recte huius sententiae auctorem Robertum vituperavit Maass; sed Atticam si cum Bergkio ponimus Aphidnam, non video quid rei offendat in versu. Quodsi Maass hanc de Aphidna narrationem Atticam esse contendit fabulamque Atticam in vetusto monumento Peloponnesiaco exstare posse negat, respondeo non modo Atticos, sed etiam Dores, Megarenses dico Atheniensibus inimicos, Aphidnae pugnatum esse tradidisse auctore Pausania (1. 41. 4), cuius verba ipse quoque Maass affert.

Neque alterum quo ille Bergkii emendationem refutare studet cum dicat ne ita quidem inducta correptione ante *δν* quam vocant Attica versus bonitati provisum esse, satis grave est argumentum: certe eiusmodi correptionem a cistae titulorum auctore usurpari minus mirabimur quam illam codicum systolen (*Ἀϑᾰναϑεν*). Ac correptiones quidem brevium syllabarum ante mutam cum liquida ab elegiarum et praecipue ab epigrammatum poetis aliquanto magis quam ab epicis usurpari inprimis in nominibus propriis (cf. Kaibel 740, 741, 750, 751, Simon. fr. 136 etc. etc.) iam Godofredus Hermann dixit in Orphicis p. 764, velut ipse de quo agimus poeta (n. 9) in voce *Λοκρός* priorem syllabam contra Homeri morem corripuit. Et exstat epigramma in quo ante easdem fere litteras correptionis exemplum reperitur apud Kaibel. 774, 3 saec. IV vel III:

Θεσμοφόρους τε ἁγνὰς ποτνίας ἐμ φάρεσι λευκοῖς.

Praefero[1]) igitur Bergkii coniecturam, qua recepta titulus neque metro neque rebus quas enarrat offendit, lectioni vulgatae cuius verba hexametro includi recusant.

1) Mecum consentire video Toepfferum in „Arch. Beitr. Robert gewidmet" p. 36 sqq. [Maassio assentitur R. Wagner, Apollodori epit. Vat. p. 153.]

Pauca addamus de anaglypho. Discrimen quod intercedere videbatur inter Pausaniae Dionisque narrationem et cistae titulum, cum illi Aethrae ab Helena iniuriam inferri referant, hic a Dioscuris, facilius sane verbo *ἕλκετον* eiecto sustulimus quam iis quae Robert audacius quam felicius tentavit. Neque enim opus est omnia quae imagine expressa erant, ab epigrammate fuisse relata. *Φέρειν* autem hoc loco non portandi vim habet, sed movendi et deducendi quae notio et ad Helenam mediam inter fratres ingredientem et ad Aethram ipsam quoque inter Dioscuros sub Helenae pedibus humi stratam quadrat.

6) Ἰφιδάμας οὗτός γα, Κόων περιμάρναται αὐτοῦ.

7) Οὗτος μὲν Φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.[1]

Paus. 5. 19. 4: *Ἰφιδάμαντος δὲ τοῦ Ἀντήνορος κειμένου μαχόμενος πρὸς Ἀγαμέμνονα ὑπὲρ αὐτοῦ Κόων ἐστί· Φόβος δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος τῇ ἀσπίδι ἔπεστιν, ἔχων τὴν κεφαλὴν λέοντος. ἐπιγράμματα δὲ ὑπὲρ μὲν τοῦ Ἰφιδάμαντος νεκροῦ· Ἰφιδάμας — αὐτοῦ· τοῦ Ἀγαμέμνονος δὲ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι· οὗτος κτλ.*

6. *οὗτός τε* codd., *οὗτός γε* Heyne, *γα* scripsi | fort. *περιβάρναται* ‖ 7. Displicet *βροτῶν*; *Φόβος ἀμφίβροτος* Menrad coll. *B* 389, *Λ* 32.

8) Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῆν
τοῦ Ϝείδους Ἥραν καὶ Ἀθάναν καὶ Ἀφροδίταν.

Paus. 5. 19. 5: *ἄγει δὲ καὶ Ἑρμῆς παρ' Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου τὰς θεὰς κριθησομένας ὑπὲρ τοῦ κάλλους· καὶ ἔστιν ἐπίγραμμα καὶ τούτοις· Ἑρμείας κτλ.*

v. 1. *δείκνυσι διακρίνειν τὴν τοῦ* Fab Pd Ag, *δείκνυσι κρίνειν διὰ ταύ τοῦ* Pc, *δείκνυσι διαιτεῖν τοῦ* Va, *δείκνυσι διαιτῆν τοῦ* rell. ‖ v. 2. *ἀθανᾶν* Pc Vb Ag La, *ἀθηνᾶν* Lb M Va Fab | *ἠδ' Ἀφρ.* Menrad ne fiat hiatus | *ἀφροδίτην* Ag Va.

9) Αἴας Κασσάνδραν ἀπ' Ἀθαναίας Λοκρὸς ἕλκει.

Ibidem: *πεποίηται δὲ καὶ Κασσάνδραν ἀπὸ τοῦ ἀγάλματος Αἴας τῆς Ἀθηνᾶς ἕλκων· ἐπ' αὐτῷ δὲ καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν· Αἴας κτλ.*

Fort. *ΑἴϜας*, v. Cauer² 77, Collitz 3122, 3128, 3133, 3142 | *Ἀθηναίας* M Vab | *ἕλκε* M Vab Fa.

Etsi non prorsus certum est arcam, in qua erant hae inscriptiones, a Cypselidis, Corinthi tyrannis, dedicatam esse (cf. Gurlitt Pausanias 352), tamen ea a Corinthiis artificibus facta esse videtur. Exstant enim in Pausaniae codicibus planissima Doricae dialecti vestigia eamque Corinthiorum fuisse ex periegetae in tertio epigrammate legendo errore

1) Exstat Callimachi versus fr. 226: *Εἰμὶ τέρας Καλνδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλόν Ἄρηα.* Quem num poeta in clipeo quodam inscriptum esse finxerit, valde incertum est.

colligere possumus. Neque neglegendum est eiusdem inscriptionum generis, quo quid homines effícti agant, explicatur, alterum quoque exemplum exstare in vase Corinthio, cuius titulos primus edidit Kretzschmer in Zeitschrift f. vergl. Spr. 1888 p. 166 sq. Duorum ibi pugilium, qui numero duali *πύκτα* vocantur, uni *Ϝιώκει*, alteri *φεύγει* adscriptum est. Desinant igitur dubitare quin Corinthiorum qui soli tum Doriensium artem colebant, opus fuerit arca (Wilisch ann. philol. 123 p. 176, Kalkmann Pausanias p. 100, 1).

Versus in secundo tantum et quarto spatio (*χώρᾳ*) figuris additi erant, quod recte illustravit L. Mercklin Arch. Zeit. 1860 p. 101 sqq., qui idem in adverso latere hos omnes inscriptos fuisse censet (v. etiam Robert Herm. 23, 441). Quod vero idem putat p. 106 sq. titulos praeter sextum septimumque subscriptos fuisse singulis spatiis, id recte iam Schubart ann. philol. 1861 p. 314 reiecit. Etenim *ἑλιγμοὺς* illos inprimis ad versus inter figurarum spatia adscriptos vel potius adpictos — neque enim quisquam Overbeckio assentietur aureas fuisse litteras (Abh. d. sächs. G. d. W. IV 652) — spectare nemo hodie negabit (v. Robert l. l. 438, 3).

De epigrammatum auctore haec habet Pausanias 5. 19. 10: *τὰ ἐπιγράμματα δὲ τὰ ἐπ' αὐτῆς τάχα μέν που καὶ ἄλλος τις ἂν εἴη πεποιηκώς, τῆς δὲ ὑπονοίας τὸ πολὺ ἐς Εὔμηλον τὸν Κορίνθιον εἶχεν ἡμῖν, ἄλλων τε ἕνεκα καὶ τοῦ προσοδίου μάλιστα ὃ ἐποίησεν ἐς Δῆλον.* Quae coniectura num probabilis sit, nos quippe ignari Deliaci illius hymni discernere non possumus.[1])

187. Taenari. —

Ἀθανάτων πομπαῖϲιν Ἀρίονα Κυκλέοϲ υἱὸν
ἐκ Cικελοῦ πελάγουϲ ϲῶϲεν ὄχημα τόδε.

Aelian. hist. anim. 12. 45: *τὸ τῶν δελφίνων φῦλον ὡς εἰσι φιλῳδοί τε καὶ φίλαυλοι τεκμηριῶσαι ἱκανὸς καὶ Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος ἔκ τε τοῦ ἀγάλματος τοῦ ἐπὶ Ταινάρῳ καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῷ γραφέντος ἐπιγράμματος· ἐστὶ δὲ τοῦτο· ἀθανάτων — τόδε.* Tzetz. schol. in chil. I 393 (Anecd. Oxon. Cram. III 352 = Pressel Tzetz. epist. p. 100): (vocis *Ἀρίονος* paenultimam corripi) *καὶ τὸ ἐπὶ Ταινάρῳ ἐν χαλκῷ δελφῖνι Ἀρίονος αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ· ὃ ἐπίγραμμα σημείωσαι ἵνα ἐξ αὐτοῦ γινώσκοις ὅτι Ἀρίονος τὸ ο μικρὸν δεῖ γράφειν . . .· ἀθανάτων — τόδε.*

1) Haud opus est Iunghahnium de Sim. Cei epigr. p. 13 refellere qui ut pronomen *οὗτος* Simonidis aetate nondum demonstrative usitatum esse demonstret, Cypseli arcae inscriptiones post Simonidem demum confectas esse contendit.

v. 1. *πομπῇσιν* Gesner | *Ἀρίωνος* Tzetz. | *Κύκλονος* Ael. Tzetz., ex Suida corr. Salmasius.

Epigramma inferiore aetate (v. Benndorf p. 62) notae[1]) illi aeneae imagini inscriptum est, quam Arionem exprimere ab eoque dedicatam esse putabant veteres. Immo fuerit Neptuni statua; v. Studniczka Kyrene 184.

---

188. Athenis. IV. saec. recentior.

Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
πάνθ' ὁράᾳς. . . .

Eustath. in Il. p. 1353, 8: *Ἑρμῆς τετρακέφαλος ἐν Κεραμεικῷ, Τελεσαρχίδου ἔργον, ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἑρμῆ — ὁράᾳς.* Cf. Photius s. v. *Ἑρμῆς τετρακέφαλος· ἐν Κεραμεικῷ Τελεσαρχίδου ἔργον.*

v. 1. *τετρακέφαλε*] de productione paenultimae cf. Naber ad Phot. l. l., Goettling ind. schol. Ien. 1861/62 p. 3 (= opusc. acad. 243), Rzach ad Hesiod. th. 287; *τετρακάρηνε* Heyne ‖ v. 2. ludens supplevit Goettling *ὅσα πρόσθ' ὅσα τ' ἐν μέσῳ ὅσσα τ' ὄπισθεν.*

Hunc quadricipitem hermam, quem Telesarchides, statuarius ceterum ignotus[2]), fecerat, iam Aristophanis temporibus exstitisse concludi solet ex his Hesychii verbis s. v. *Ἑρμῆς τρικέφαλος· Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι* (fr. 553 Kock) *τοῦτο ἔφη παίζων κωμικῶς· παρόσον τετρακέφαλος Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ ἐν Κεραμεικῷ ἵδρυτο.* Sed recte Wachsmuth (die Stadt Athen im Altertum II 1 p. 293 not. 2) animadvertit grammaticum quo Hesychius hoc loco usus est perperam quadricipitem Ceramici hermam attulisse cum deberet afferre tricipitem, quem Pisistrati aetate Proclides in pago Ancylensi dedicavit. Aristophanes igitur comice hermam *τρικέφαλον* dixit *τριφάλητα.* Quadriceps autem longe post Aristophanem in Ceramico positus est, id quod et versuum genus demonstrativum quo in inscriptionibus ab Alexandri demum aetate usi sunt (cf. Benndorf de anth. gr. epigr.) et forma epica *ὁράᾳς* luculenter docent.

---

189. Thespiis. III. saec. [Simonidis.]

Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα
ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης,
Φρύνῃ μισθὸν ἐμεῖο διδοὺς ἐμέ· φίλτρα δὲ βάλλω
οὐκέτ' ὀϊστεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος.

---

1) Herodot. 1. 24, Pausan. 3. 25. 7, Ps.-Dio or. Corinth. p. 102 R., Gell. 16. 19, Serv. ad Verg. ecl. 8. 55, Solin. 7. 6, Philostr. imag. 1. 19 fin.

2) Idem fortasse nomen habemus apud Plin. n. h. 35. 156 inter toreutas, ubi codd. *hedystrachides* exhibent, *Telesarchides* coniecit Dilthey apud Benndorf de anth. ep. p. 53.

Athen. 13, 591 a: *καὶ Πραξιτέλης δὲ ὁ ἀγαλματοποιὸς ἐρῶν αὐτῆς* (sc. *Φρύνης*) *τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην ἀπ' αὐτῆς ἐπλάσατο, καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἔρωτος βάσει τῇ ὑπὸ τὴν σκηνὴν τοῦ θεάτρου ἐπέγραψε· Πραξιτέλης — ἀτενιζόμενος.* Anth. Plan. 204 Iac.: *εἰς τὸν αὐτόν· Σιμωνίδου.*

v. 1. Cf. Anth. Plan. 172 et 342, 1 *ἀπηκριβώσατο* | fort. *διηκρίβωσέ μ' Ἔρωτα* Kaibel ‖ v. 3. *τίκτω* Plan. ‖ v. 4. *οὐκέτι τοξεύων* Plan.; „*ὀιστεύων* sc. *βολαῖς ὀμμάτων*" Iacobs in delectu, quod parum dilucide esset dictum | *ἀτενιζόμενος* passivum esse cum Woltersio Arch. Ztg. 1885, 88 et Roberto Arch. Märchen 167 contendo. Hac enim sola interpretatione *ὀϊστεύων* et *ἀτενιζόμενος* vere sunt opposita.

Ut de Simonide taceam ne Praxitelem quidem hos versus conscripsisse manifestum est, cuius aetate demonstrativa epigrammata statuis insculpta non esse docuit Benndorf de anth. epigr. quae ad art. spectant p. 25 sq., cf. Bulletino della commiss. arch. 1886 p. 66 sqq. Idem propter Leonidae Tarentini imitationem Anth. Plan. 206 tertio fere a. C. saeculo recte mihi videtur epigramma assignare (Bulletino p. 72). Tunc igitur vetustiori titulo dedicatorio additum est.[1])

Ceterum ut de statuae specie aliquid dicam, *οὐκέτ' ὀιστεύων* verba post alios Robert (Arch. Märchen p. 167 sq.) ad opus Praxitelis referens sequi inde dicit statuam arcu et sagittis fuisse ornatam. Sed rectius mihi Wolters (Arch. Z. 1885 p. 88) videtur disseruisse non quae Cupido Praxitelius antea egerit describi, sed quod egerit Cupido, priusquam Praxiteles statuam illam effinxisset. Antea enim deo sagittis et arcu opus fuisse ad amorem excitandum, nunc sufficere si conspiciatur. Necessariam esse hanc interpretationem hoc ipso *οὐκέτι* demonstratur quod ad praecedentia nimirum verba *διδοὺς ἐμὲ μισθὸν* (i. e. me effingens) referendum est. Etsi autem verba sic explicamus, minime cum Benndorfio opinari licet poetam omnes dicere ante Praxitelem artifices Cupidinem cum arcu et sagittis expressisse.[2]) Neque enim agitur de artificum operibus, sed de habitu quo poeta eiusque aequales deum incedere cogitabant.

---

1) Mire Stark (Ber. d. sächs. Gesellsch. 1866 p. 164) conicit Amoris statuam, quam Praxiteles Phrynae fecisset, Thespiis in templo fuisse, illam autem, in qua fuisset id de quo agimus epigramma, collocatam esse in theatri Atheniensis hyposcenio (cf. Athen. l. l.) neque Praxitelis esse opus. At nemo auctorum Praxitelis Amorem in templo a Phryna positum esse tradit neque quidquam obstat quominus eum in theatri Thespiensis hyposcenio fuisse statuamus.

2) Falso Robert p. 168 hanc opinionem etiam Woltersio subdit qui nihil dicit de artificibus Praxitele vetustioribus.

190. Ad Bosporum prope Chrysopolim. —

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
κλῄζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.
κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
ἐς Φάρον· ἥδε δ' ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος, ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
τῇδε Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοΐδιον δὲ καλεῦμαι ἔθ' ὡς τότε· νῦν δὲ Χάρητος
εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

Dionys. Byzant. 111 (p. 34 ed. Wescher): (*ἐν τῷ „Βοΐ" καλουμένῳ ἀκρωτηρίῳ ἐστὶ*) *καὶ κίων λίθου λευκοῦ, καθ' ἧς βοῦς Χάρητος Ἀθηναίων στρατηγοῦ παλλακὴν* ('coniugem' Gillii versio) ***Βοΐδιον*** *ἐνταῦθα καμοῦσαν ἀποκηδεύσαντος· σημαίνει δ' ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ λόγου τἀληθές· οἱ μὲν γὰρ εἰκαίαν καὶ ἀταλαίπωρον ποιούμενοι τὴν ἱστορίαν οἴονται τῆς ἀρχαίας λήξεως εἶναι τὴν εἰκόνα πλεῖστον ἀποπλανώμενοι τἀληθοῦς.* Hic subicit vetus Gillii interpretatio: *Inscripti enim in columnae basi hi versus sunt*: *Ἰναχίης κτλ.* Textus graecus hoc quidem loco versus omittit, addit autem in fine operis p. 36 Wescher: *διόρθωται οὐ πρὸς πάνυ σπουδαῖον ἀντίγραφον· τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τῆς λιθίνης βοὸς δηλοῦν τίνων ἐστηλώθη χάριν· Ἰναχίης κτλ.* Hesych. Mil. FHG IV p. 151: *ἔνθα* (i. e. prope Chrysopolim) *δὴ τὴν ἑπομένην αὐτῷ γυναῖκα νόσῳ βληθεῖσαν ἀποβαλὼν* (sc. Chares) *κατέθηκεν ἐν τάφῳ ἀναστήσας αὐτῇ βωμὸν καὶ κίονα σύνθετον ἐν ᾧ δάμαλις δείκνυται ἐκ ξεστοῦ λίθου ἀνακειμένη. οὕτω γὰρ ἐκείνη τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο, ἥτις διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων στίχων μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς διασώζεται χρόνων. εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι οὗτοι· Ἰναχίης κτλ.* Hesychium fere ad verbum exscripsit Codinus de orig. Const. p. 10 Bonn. Anth. Pal. VII 169: *εἰς τὴν δάμαλιν τὴν ἱσταμένην πέραν τοῦ Βυζαντίου ἐν Χρυσοπόλει. ἐπὶ τοῦ κίονος* Lm^e^. Anth. Plan. *εἰς τὴν πέραν Κωνσταντίνου πόλεως δάμαλιν.* Ex Anthologia hausit Suidas qui affert s. v. *ἀντωπεῖ* finem vers. 1 et versum 2 et s. v. ***Βοίδιον*** versum 7 et v. 8 primum vocabulum. Constantin. Porphyrog. de themat. II 12 (p. 63 Bonn.): *δύο δέ εἰσι Βόσποροι, εἷς μὲν ὁ Κιμμέριος, . . . ἕτερος δ' ἐν Βυζαντίῳ . . . μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῦ κίονος τῆς ἀντιπέραν γῆς Χρυσοπόλεως, ἐν ᾧ μαρμαρίνη δάμαλις ἵδρυται, φάσκον οὕτως· Ἰναχίης κτλ.* In Stephano Byz. s. v. *Βόσπορος* librariorum vitio excidit, ex Constantino supplevit Meineke.

v. 1. *βοὸς οὐκ εἰμὶ τύπος* hoc ordine Dion. Constant. ‖ **v. 2.** *Βοσπόριον ἀντωπὸν κέκληται πέλαγος* Const. ‖ **v. 3.** *ἤγαγεν* Anth. Pal. A, *λασεν* super *γαγεν* scr. C, om. Gillius ‖ **v. 4.** *εἰς* Gill. | *Φάρον*] *πάφον* Const. cod. A | *ἅδε* (δ' suprascr.) *ἐγὼ* Anth. Pal. C, *ἅδ' ἐγὼ* A^ac^, *ἥδε δ' ἐγὼ* Dion. Plan. et Hesych. cod. Par., *ἥδε ἐγὼ* eiusdem codd. rell. et Constant. cod. C (*ἡ δὲ ἐγὼ* Codin. ut videtur), *ἅδε ἐγὼ* Const.

A, οὔ γε ἐγὼ Gill. ‖ v. 5. ἦν δὲ] δὲ om. Gill., ἀδὲ Anth. Pal. (C, ἄδε A^{ar}), sed supra α signum corruptelae scr. C, qui m[1] addit: ἦν δὲ | ἔπλων] ἔπλουν Const. A, ἔπλεον Gill. | ἔπλωεν] ἔπλοεν Const. A, πλόεν eiusdem C, ἐπλώθει Gill. ‖ v. 6. τῇσδε Anth. Pal. A^{ar} ‖ v. 7. βοίδιον δὲ καλεῦμαν ἐγὼ τότε A. Pal., sed καλεῦμαι A^{ac}, mutavit C, βοΐδιον δὲ καλεύμην (καλεύμαν cod. Par.) τότε ἐγὼ Suid., β. δὲ καλεύμαν ἐγὼ (om. τότε) Constant., β. οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε Dionys. Hes., β. δ' ἤκουον ἐγὼ τότε Codin. Plan. Gillius (qui ἐγὼ omisit); οὔνομα δ' ἦν Δάμαλις τότε· νῦν δὲ χαραχθέν | βοίδιον Heyne comm. Gotting. XI (1790/91) hist. philol. p. 6 not.; β. δὲ καλεῦμ' ἐγὼ ὡς τότε Iacobs, β. δὲ καλεῦμαι ἔθ' ὡς τότε Hecker[2] p. 77 quod recepi cum Duebnero (i. e. et viva Boidion nominabar et nunc propter bovis statuam; verba νῦν δὲ etc., ut Iacobs optime animadvertit, praecedentibus non sunt opposita, sed novum quid addunt) ‖ v. 8. εὖνις (= priva), ἴδ' Stadtmüller coll. Aesch. choeph. 247, 795.

Dionysius Byzantius, auctorum qui hoc epigramma tradunt vetustissimus, narrat esse quosdam qui illam de Boidio[1]) Charetis Atheniensium ducis paelice historiam vanam iudicent et bovis marmoreum monumentum spectare putent ad priscam illam vaccam, quae Bosporum tranando colonis viam monstraverat. Quorum grammaticorum curae non perierunt, immo exstat hoc Arriani fragmentum quod servavit Eustath. in comment. ad Dion. Per. 140: . . . *κατὰ θεοφορίαν ἥτις διεκελεύετο βοῦν ἡγεμόνα καταστῆσαι τῆς ὁδοῦ. ὃ καὶ ποιήσαντες ἐκεῖνοι διεπεραιώσαντο ἀσφαλῶς, καὶ μνῆμα, φησίν* (sc. Arrianus), *τοῦ πόρου τούτου ἕστηκε βοῦς χαλκῆ, ὑστέρῳ ποτὲ χρόνῳ ὑπὸ Χαλκηδονίων ἱδρυθεῖσα καὶ τάχα ἐκ ταύτης καί τις ἐκεῖ τόπος καλεῖται Δάμαλις*[2]) *ἕως καὶ νῦν.* Quod monumentum quin idem sit atque illud, quod reliqui describunt, propter loci notitiam dubitari non licet — ei enim qui dubitant, non respexerunt neminem ex multis scriptoribus, qui hanc regionem describunt, de duabus columnis loqui, omnes unam columnam unumque vaccae afferre monumentum. Itaque quod *χαλκῆν* dicit Arrianus *δάμαλιν*, non *μαρμαρίνην*, id aliunde explicandum est, fortasse inde quod post Arriani tempora monumentum renovatum est. Arriano igitur teste vaccae statua non ad Boidion

1) Boidion audivisse mulierculam, quod nomen tradit Dionysius, ex primo disticho, ubi in voce βοῦς ludit poeta, et ex ultimo facile elucet. (Idem nomen habes CIA II 3, 3557, Plut. adv. Epic. beat. 16 p. 1097^{d}.) Heyne in comm. soc. reg. Gott. recent. I (1808—1811) hist. et philol. p. 677—679 („de Damalide Charetis uxore") perperam Hesychium Milesium secutus est.

2) Promunturium prope Chrysopolim Δάμαλις vel Βοῦς nomine commemoratur etiam a Polybio 4, 4, 3 et Dion. Byz. l. l., qui Βοῦς nomen exhibent, deinde a Cinnamo 2, 16 et 7, 2, Tzetz. chil. 829, Leone gramm. p. 291 Bonn. Damalida appellantibus. Quodsi Wieseler in ind. Gotting. 1875 p. 18 alterum quoque in Bosporo locum a bove cognominatum esse putat ratus in Dion. Byz. c. 52 „Vacca" pro Bacca scribendum esse, id locupletiore graeco textu, quo nunc uti licet refellitur. Ibi enim legitur: ἀπὸ δὲ τῶν ἐποικησάντων αὐτῷ (sc. τῷ Μητρὸς θεῶν ἱερῷ) Βάκα τοὔνομα: ergo scribendum est Baccha.

Charetis uxorem vel paelicem, sed ad vaccam illam colonis viam monstrantem spectat. Eandem bovis statuam chronographus quidam Byzantinus a Lambecio ex cod. Par. editus (cf. Hes. Mil. ed. Orelli p. 233) ad Ionem buculam rettulit: *ταύτης* (sc. *Ἰοῦς*) *ἐπώνυμος ὁ Βόσπορος ἐκλήθη τοῦ Βυζαντίου, ἀφ' οὗ στήλην ἔστησαν δαμάλεως ἐν κίονι πρὸς ἀντιπέραν τῆς ἀκροπόλεως Βυζαντίου.* Quam vaccam fabulosam, sive est Io sive illa viae dux, expressam videmus in nonnullis nummis Byzantiorum.[1])

Quaeritur igitur utrum recte his grammaticis fidem derogaverit Dionysius necne. Atque Stephani (tit. graec. III 21 sqq.)[2]) Arrianum secutus statuit tum ipsum cum monumentum renovaretur marmoreaque poneretur statua, propter causas, quarum plures excogitari possent, novam interpretationem a ficta Charetis uxore petitam atque epigrammate basi insculpto defensam esse. Qui vir doctus inferiore aetate epigramma insculptum esse rectissime statuisse mihi videtur. Nisi enim plane hariolabantur grammatici quos impugnat Dionysius, eorum dissensio non aliunde potest profecta esse nisi inde quod eorum temporibus inscriptio nondum exstabat aut si exstabat, tamen eam recens esse insculptam compertum habebant. Et multa sane repugnant quominus quarto a. Chr. saeculo hos versus scriptos esse putemus. Apparent enim cum epicae dialecti vestigia, tum inferioris graecitatis vocabula ut *εὐνέτις* et *βοΐδιον* pro *βοίδιον* (CIA II 3, 3537, cf. Lobeck ad Phryn. p. 86). Adde ineptam loquacitatem et artificiosam illam priorum versuum locutionem. Quid enim sibi vult particula *γὰρ* in versu tertio? Quae cum debeat causam afferre antecedentis enuntiati, versus ita interpretandi sunt ut Ionis hoc loco monumentum exstare negetur quippe quae non ibi mortua et sepulta sit. Quantae ineptiae, a quarto quidem saeculo alienae, sed profectae a grammatico quodam inferioris aetatis![3])

Sed unde, quaerent, illa nova vaccae interpretatio, qua poetam usum esse videmus, hausta est? Quod nisi ostenderimus nihil egisse videbimur Weishaeuplio[4]), qui, cum persuadere sibi non posset ut

1) Cf. Svoronos *Ἐφημ. ἀρχ.* 1889 p. 80 sq., qui nummos recte ad statuam refert, sed falso hanc statuam Boidii imaginem exprimere putat.

2) Stephanium de epigrammate disseruisse comperi ex Weishaeuplio Grabgedichte der Anthol. p. 58, 1; ego Stephanii sententiae nescius idem fere protuli in Meletem. de epigr. Gr. p. 42 sqq.

3) Forbiger Handbuch d. alt. Geogr. II 390 l epigramma novicium esse iudicabat, quod vix credibile esset *Βοιδίου* nomen bovis statua quasi expressum esse: sed exstant plura eiusmodi exempla: CIA II 1. 71 et alia apud Stephanium tit. gr. III 19 sq., Weishaeupl l. l. p. 58.

4) Quodsi Weishaeupl l. l. dicit „Die Reihe Anth. VII 160—350 besteht fast (!) durchgängig aus meleagrischen und philippischen Gedichten", hoc nihil

plane fictam cum Stephanio putaret Charetis uxorem, inde genuinum esse epitaphium effecit. Certe minime est probabile a grammatico hanc mulierculam prorsus fictam esse, ut vaccae symbolum interpretaretur; unde enim eum Chareti potissimum Boidion affinxisse explicaveris? Quam Boidion locupletissimus testis Dionysius non mulierem Charetis, sed paelicem fuisse tradit, id quod maiorem habet veritatis speciem, cum novum sane esset a ducibus Atheniensium coniuges esse in bellum ductas. Et bene notum Charetem tibicinas psaltrias infimas denique meretrices secum duxisse et propter luxuriem ab Heraclide comico esse perstrictum (Theopomp. ap. Athen. 12. 532c, Heraclid. ibid. 532e). Conicio igitur comoediae poetarum aliquem statuam fabulosae illius vaccae, quam bene novisse Athenienses propter continua in illis regionibus bella non est quod miremur, irridendi causa ad Boidion meretricem rettulisse et lusisse Charetem ad tantam progressum esse lasciviam, ut huic suae paelici statuam erigeret. Quo ludibrio deceptus ineptus quis inferiorum temporum grammaticus hos versiculos, de quibus agimus, composuit: qui columnae inscripti esse videntur; neque enim eis, quae plures tradunt scriptores, fides despondenda est.

191. Magnesiae ad Maeandrum. c. 40 a. C. Homeri.

Ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐςτὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ᾽ οἷος ὅδ᾽ ἐςτὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῇ.

Strabo 14 p. 648: *καὶ ἡ πατρὶς (Μαγνησία ἡ ἐπὶ Μαιάνδρῳ) δ᾽ ἱκανῶς αὐτὸν (Ἀναξήνορα τὸν κιθαρῳδὸν) ηὔξησε . . . ἔστι δὲ καὶ χαλκῆ εἰκὼν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐπιγραφὴν ἔχουσα· ἤτοι — αὐδῇ. οὐ στοχασάμενος δὲ ὁ ἐπιγράψας τὸ τελευταῖον γράμμα τοῦ δευτέρου ἔπους παρέλιπε, τοῦ πλάτους τῆς βάσεως μὴ συνεξαρκοῦντος· ὥστε τῆς πόλεως ἀμαθίαν καταγιγνώσκειν παρέσχε διὰ τὴν ἀμφιβολίαν τὴν περὶ τὴν γραφήν, εἴτε τὴν ὀνομαστικὴν δέχοιτο πτῶσιν τῆς ἐσχάτης προσηγορίας, εἴτε τὴν δοτικήν· πολλοὶ γὰρ χωρὶς τοῦ ι γράφουσι τὰς δοτικάς κτλ.* Quae perperam interpretatus est Eustath. p. 1612, 36: *Ἀναξήνορος γοῦν τοῦ Μάγνητος γραπτή τις, φασίν, ἦν εἰκὼν ἔχουσα εἰς ἀοιδόν τινα ἐπίγραμμα τὰ ἐνταῦθα ἐπιφωνηθέντα τῷ ἀοιδῷ ἔπη, ἤγουν τὸ ἤτοι — αὐδήν· ὅτε φασὶ διὰ τὴν στενοχωρίαν τοῦ ὑποκειμένου πίνακος γράψας ὁ τεχνίτης ‛θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδή’ γέλων ὤφλησε τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν.* Quo loco nisus Strabonisque testimonii ignarus in pictorum numerum Anaxenorem recepit Welcker

probat: debebat enim constare omnia praeter 169 epigrammata ex Meleagro vel Philippo sumpta esse.

Rh. M. N. F. 6 p. 389, alii. Cf. Rayet révue des études grecques II (1889) p. 101.

Sunt Homeri versus α 370 sq. ι 3 sq. — **v. 1.** ἀκούομεν cod. F Strabonis || **v. 2.** αὐδὴν Homeri codd., Eust., cod. E Strabonis, αὐδῇ rell.

Scilicet hi versus legitimo titulo additi erant.

---

192. Crotone. IV. saec. Homeri.

Οὐ νέμεϲιϲ, Τρῶαϲ καὶ ἐϋκνήμιδαϲ Ἀχαιοὺϲ
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάϲχειν.

Aristid. 49 p. 521 D (post ea, quae ad n. 184 attuli, pergit): *οἷον δ' αὖ καὶ τόδε ἔρεξε* (sc. *Ζεῦξις*) *καὶ ἔτλη ὁ ὑβριστὴς ἐκεῖνος ἐγγράψαι· ποιήσας γὰρ αὖ τὴν τῆς Ἑλένης εἰκόνα προσπαρέγραψε τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη· οὐ νέμεσις — πάσχειν. ὥσπερ τὸ αὐτὸ ποιοῦν εἰκόνα τε Ἑλένης ποιῆσαι καὶ τὸν Δία Ἑλένην αὐτὴν γεννῆσαι.* Val. Maxim. III 7 ext. 3: Zeuxis autem cum Helenam pinxisset, quod de eo opere homines sensuri essent, expectandum non putavit, sed protinus hos versus adiecit: *οὐ νέμεσις κτλ.*

Sunt versus Iliadis Γ 156 sq.

De loco, quo Helena Zeuxidis collocata erat, egerunt Brunn hist. artif. II p. 80 sq. et Wachsmuth Stadt Athen II 1 p. 458.

---

193. — c. 400.

Μωμήϲεταί τιϲ μᾶλλον ἢ μιμήϲεται.

Plut. de glor. Athen. 2: *καὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς Ἀθηναῖος ἦν· οὗ τοῖς ἔργοις ἐπιγέγραπται· μωμήσεται κτλ.* Hesych. s. v. *σκιαγραφίαν· ἐλέγετο δέ τις καὶ Ἀπολλόδωρος ζωγράφος σκιαγράφος ἀντὶ τοῦ σκηνογράφος· . . καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιγράφεται· μωμήσεται κτλ.* Plin. 35. 63: Zeuxis fecit et . . . athletam, adeoque in illo sibi complacuit, ut versum subscriberet celebrem ex eo *invisurum aliquem facilius quam imitaturum.*

Utrum Apollodorus an Zeuxis hunc versum tabulae vel tabulis suis pictis adscripserit, discerni nequit; sed probabilius est Graecis scriptoribus esse fidem habendam et Plinium neglegentia artifices confudisse (Klein, arch.-epigr. Mitt. aus Oest. 12, 91). — Sententia saepe a veteribus affertur varieque tractatur: cf. quae congesserunt Benndorf de anth. ep. p. 27, 3 et Bergk PL. II[4] 318.

---

194. 195.

— c. 400 p. C. Synesii.

Ἡ σοφίη στίβον εὗρεν ἐς οὐρανόν· οὐ μέγα θαῦμα·
καὶ νόος ἐξ αὐτῶν ἤλθεν ἐπουρανίων.
ἠνίδε καὶ γυρὰ σφαίρας ἐπετάσσατο νῶτα,
ἶσα δὲ κύκλα τομαῖς οὐχ ὁμαλαῖσι τέμε.
σκέπτεο τείρεα πάντα πρὸς ἄντυγα, τῆς ἔπι Τιτὰν
νύκτα ταλαντεύει καὶ φάος ἐρχόμενος.
δέξο ζωοφόρου λοξώσιας οὐδέ σε λήσει
κλεινὰ μεσημβρινῆς κέντρα συνηλύσεως.

— II. p. C. saec. Ptolemaei.

Οἶδ᾽ ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος, ἀλλ᾽ ὅταν ἄστρων
ἰχνεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκέτ᾽ ἐπιψαύω γαίης ποσίν, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Synes. de don. astrol. col. 1585 B Migne: *τῶν δὲ ἐπιγραμμάτων (ἐπὶ τοῦ ἀστρολάβου) ἃ διὰ χρυσοῦ στερεοῦ ταῖς σχολαζούσαις ἀστέρων χώραις κατὰ τὸν ἀναρκτικὸν κύκλον ἐγκολάψαντες ἐνεθήκαμεν, τὸ μὲν ὕστερον τὸ τετράστιχον ἀρχαῖόν ἐστιν, ἁπλούστερον ἔχον εἰς ἀστρονομίαν ἐγκώμιον· οἶδ᾽ — ἀμβροσίης· τὸ δ᾽ ἡγούμενον αὐτοῦ τὸ ὀκτάστιχον ἐποιήθη μὲν ὑφ᾽ οὗ τὸ ἔργον, ἐμοῦ . . . ἐστὶ δὲ τόδε (γεγράφθω δὲ τῶν ὕστερον ἀναγνωσομένων εἵνεκα, ἐπεί σοί γε κἂν τῷ πίνακι κείμενον ἐξαρκεῖ)· ἡ σοφίη — συνηλύσεως.* Anth. Pal. IX 577: *Πτολεμαίου εἰς ἑαυτόν* Bm[c]: *οἶδ᾽ — ἀμβροσίης.* Anth. Plan. (aut. app.): *Πτολεμαίου· οἶδ᾽ — ἀμβροσίης.* Cod. Laurent. Bandini I p. 489: *Πτολεμαῖος· οἶδ᾽ — ἀμβροσίης*: et II p. 582: *Ἕτερον ὃ εἶπε Πτολεμαῖος πρὸς ἑαυτόν· οἶδ᾽ — ἀμβροσίης.*

194. **v. 1.** *ἃ μέγα* vulg., corr. Schaefer; cf. ep. n. 96, 3 ‖ **v. 3.** *ἐπετάσσατο*] a *πετάννυμι*; *ἐπετάξατο* Brunck. „Sapientia rotundam sphaerae superficiem ordinavit“ Iacobs ‖ **v. 4.** *ὁμαλαῖς ἔτεμε* Iacobs | *κύκλα ἶσα* „circuli meridiani“, *τομαὶ οὐχ ὁμαλαὶ* „circuli tropici et polares“ Iac. ‖ **v. 5.** *ἄντυξ* „gyrus in quo collocatus Phoebus noctis et diei horas exaequat, cf. Colum. 10. 42“ Iac. ‖ **v. 7.** *δέξο* „disce“ Iacobs, antea (10, 294) *δέρκεο* malebat. | *ζωοφόρου* cod. ad quod multa congessit Iacobs in Append. 92; *ζωδιακοῦ* Brunck ‖ **v. 8.** „polus uterque quod in iis omnes meridiani concurrunt“ Iac.

195. Versus restituebam, non quales Ptolemaeus fecit, sed quales Synesius inscripsisse videtur. **v. 1.** cf. Sardanapalli epit. n. 232 | *θνητὸς* Anth. Pal. et codd. Laur. | *ἐγὼ*] *ἔφυν* codd. Laur. | *ἐφήμερος* codd. Laur. ‖ **v. 2.** *ἰχνεύω*] *μαστεύω* Anth. Pal. et Plan., codd. Laur. | *πυκνὰς* codd. Laur. ‖ **v. 3.** *ποσὶ γαίης* Anth. Pal. et Plan. | *γαῖαν* Laur. II ‖ **v. 4.** *Ζανὶ* Anth. Pal. | *διοτρεφέος*] Plan., *διοτροφέος* Syn., *θεοτροφέος* Laur. I, *θεοτροφίης* Anth. Pal., *θεοτρεφεης* Laur. II, inde *θεοτρεφέος* Dindorf in Thesauro s. v.

Tetrastichon iure ab Anthologiis Ptolemaeo adscribi exposuit Buttmann, Museum d. Altertumswissenschaft II 470.

196. — —

Εὗρε ϲοφὸϲ λιμοῦ με παραιφαϲίην Παλαμήδηϲ.

Orion etymol. p. 127, 3 ed. Sturz: *εὗρε δὲ αὐτὴν* (sc. *τὴν πεττείαν*) *Παλαμήδης ὡς εἴρηται παλαιῷ* ⟨*στίχῳ*⟩· *εὗρε — Παλαμήδης. καί ἐστιν ὁ στίχος γραμμάτων λς' ἰσάριθμος τοῖς τόποις.* Paulo aliter eiusdem Orionis codex quem Larcherus contulit et cum Brunckio (ad Aristoph. Eccl. 987) communicavit: *εὗρε δὲ αὐτὴν Π. ὡς εἴρηται ἐν ἡρωικῷ στίχῳ παλαιῷ γραμμάτων τριάκοντα ἓξ* ⟨*ἰσαρίθμῳ*⟩ *πρὸς τοὺς τόπους οὓς ἔχει τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον· εὗρε — Παλ.* Cf. Etymol. M. p. 666, 19.

παραίφασιν codd. plerique; *παραιφασίην* Ruhnken et Brunck uterque ex codice ut videtur.

Potest versus saepius abacis inscriptus fuisse.

2. Hermae tropaea priscae aetatis monumenta.

197. Athenis. VI. saec.

a) . . . . Ἑρμῆς·
μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· στεῖχε δίκαια φρονῶν.

b) . . . . Ἑρμῆς·
μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Plato Hipparch. 227 D: (*Ἵππαρχος*) . . *ἔστησεν Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεως καὶ τῶν δήμων ἑκάστων, κἄπειτα τῆς σοφίας τῆς αὑτοῦ ἥν τ' ἔμαθε καὶ ἣν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεξάμενος ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον αὑτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν. . . . ἐστὸν δὲ δύω τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιά· μνῆμα — φρονῶν φησίν· ἔστι δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ καὶ καλὰ ἐπιγεγραμμένα· ἔστι δὲ δὴ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει· μνῆμα — ἐξαπάτα.* CIA I 522 ex schedis Fourmonti, qui dicit titulum in regione „Cato Vraona“ inventum esse:

\IHEϟΘHLEΘPIEϟTEKPIPϟTEΘ
ϟPNLPΘΘΓEPMEϟ

v. 1. Ex Fourmonti schedis certe agnosci possunt . . *καὶ ἄστεος* et *Ἑρμῆς*. Ex reliquis literarum frustulis ego certum aliquid eruere posse despero. Hoc tantum secundum Platonis locum constat infuisse in hexametro etiam praeter pagi nomen verba *ἐν μέσῳ* et *ἕστηκα* vel simile quid (prima persona: cf. *λέγων ὁ Ἑρμῆς*). En varia virorum doctorum conamina, quibus novum addere nolo[1]): *ἐν μέσσῳ γε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἆνερ, ὅθ' Ἑρμῆς* Boeckh CIG 12; *μέσσοι ἕστηκε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἆνερ, ὅδ' Ἑρμῆς* Osann syll. inscr. p. 241 sq.[2]); *ἐς μέσον*

1) Collegit Wachsmuth Stadt Athen. im Altert. I p. 498 not. 3. Praemitto, id quod post Kruseum Kirchhoff vidit (Hermes V p. 54), *Θρίης* nullo modo eruendum esse, cum nec locus ubi titulus inventus sit conveniat neque formam Ionicam in Attico titulo exstare putandum sit. Ex eadem causa non ausim *ἐν μέσσῳ* scribere.

2) Ut *μέσσοι* sit locativus = *ἐν μέσσῳ*; primam *ἕστηκε* syllabam corripi posse putat Osann, neque tamen convenit versus quem attulit *Ἀγαμέμνονα στῆσαν Ἀχαιοί*: cf. ad n. 198.

εἶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἆνερ, ὅδ' Ἑρμῆς G. Hermann über Boeckhs Behandlung etc. p. 52; ἐν μέσῳ εἰμὶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἆνερ, ὅδ' Ἑρμῆς Franz elem. epigr. Gr. p. 100; τῇδ' ἕστηκα Θρίης τε καὶ ἄστεος ἐν μέσῳ Ἑρμῆς Sauppe ed. Platon. Tur. XI p. VIII; eadem nisi quod ἕστηκε Froehlich Iahns Archiv f. Philol. 5 p. 336; ἐν μέσσῳ Κεφαλῆς τε καὶ ἄστεος . . . Ἑρμῆς Kirchhoff Hermes 5, 55 et CIA I 522, Kaibel EG 1042; ἐν μέσσῳ Κεφαλῆς τε καὶ ἄστεως λάινος Ἑρμῆς coll. Kaib. 108 (. . τύπους δείκνυσιν ὁ λάινος Ἑρμῆς) Gomperz Z. f. oest. Gymn. 29 (1878) p. 440.

---

198. Athenis. VI. vel V. saec.

Ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Harpocr. s. v. *Ἑρμαῖ· Μενεκλῆς ἢ Καλλικράτης* (*καλλιστράτης* cod. A, *καλλιστάτης* pr. B, *ἀλλικράτης* D, om. N) *ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν γράφει ταυτί· ἀπὸ γὰρ τῆς Ποικίλης καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι· διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ ἀρχόντων ταύτην τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι συμβέβηκεν. ἐφ' ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις· ἀντ' εὐεργεσίης κτλ.* Zenob. 2. 11: *Ἀντ' — δῆσαν] αὕτη κατὰ τῶν ἀχαρίστων λέγεται. φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ Μαίσωνος* (cod. *Μέσωνος*; emend. Meineke frgm. com. I 23) *τοῦ Μεγαρέως πεποιῆσθαι.* Idem in Coll. Bodl. 143. Inde etiam Phot. et Suid. s. v. *ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγ. τῖσαν Ἀχαιοί· ἡ παροιμία κατὰ τῶν τοὺς ἀχαρίστους προπηλακιζόντων ἤγουν ὑβριζόντων.* Cf. Liban. epit. in Iulian. p. 556 R. (p. 285 Mor.): *ἀντὶ γὰρ εὐεργεσίας οὐκ ἔδησαν* (sic scripsi cum Fabricio, *ἐδέησαν* cod. Bavar. et Reiske, *ἐδεήθησαν* Morelli) *κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλ' ἐβουλήθησαν ἀποκτεῖναι.* Idem epist. 194: *οἱ πολλὰ δὴ παρ' αὐτοῦ χρηστὰ παθόντες — ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονά φασιν.*

εὐεργεσίης Harpocr. Zenob. Bodl. | *τῖσαν* Suid. et Phot.; *στῆσαν* Welcker Syll.[2] 175 cui coniecturae repugnat Libanius; cf. etiam Schneidewin coni. crit. p. 128.

Ex egregio periegetae testimonio discimus hunc titulum hermae forensi *ἀρχαίοις γράμμασι* i. e. ante Euclidem archontem insculptum esse. Quis eius fuerit auctor, in marmore additum non fuisse neque inferioribus temporibus quemquam potuisse scire apparet. Quodsi paroemiographi Maesonem Megarensem auctorem esse referunt, grammaticorum haec est coniectura, quam reiectis aliorum sententiis (Schneidewini coni. crit. p. 120—129, cf. Lorenz Epicharm p. 37—39) bene perspexit Wilamowitz (Hermes 9, 340). Nempe cum versus, qui quam ad fabulam spectet nescimus, inconcinnam sententiam continere videretur, proverbium esse putabatur eiusmodi, qualia in theatro ex Maesonis, personae comicae, ore audiri solebant (*Μαισωνικὴ παροιμία* Corp. Paroem. Gott. I p. 178). Unde facile videmus quomodo Maeso

poeta effictus sit. Quod enim Hiller in ann. philol. 113 p. 784 sqq. grammaticum quendam putat versum, ne auctore careret, cuilibet poetae comico adscripsisse Maesonemque, quem comicum esse accepisset, propter priscam eius aetatem elegisse, hoc omni ratione mihi carere videtur. Nam ut omittam valde mirum esse si quis sua ex coniectura comico hexametrum tribuit, id ipsum nescimus, num quis ante illum grammaticum Maesonem pro poeta habuerit.

Pertinet autem versus ad fabulam quae nobis ignota in epico fortasse cyclo tradita erat (in *νόστοις*? Welcker Ep. Cycl. II p. 295 sq.).[1] Neve miremur hermae insculptum esse versum proverbialem; quem morem apud Graecos valuisse testantur et tituli Hipparchi et Sodami hermarum (n. 197 et 65) et Diogenianus in prooemio Proverbiorum: *οἱ ἄνθρωποι ὅσα κοινωφελῆ εὕρισκον, ταῦτα κατὰ λεωφόρους ὁδοὺς ἀνέγραφον· οὕτω καὶ τὰ τῶν Σοφῶν ἀποφθέγματα γνωσθῆναί φασι καὶ τὰ Πυθαγορικὰ παραγγέλματα.* Neque enim Schneidewino aut Hillero assentiri possum qui ad res Atheniensium, ille ad Pisistratidas expulsos, hic ad Miltiadem in carcerem coniectum, hexametrum spectare volunt: obliti sunt viri docti in foro publico hermam esse constitutam.

---

199. Ad Marathonem. V. saec. [Simonidis (90 Bgk.).]

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.

Lycurg. in Leocr. 109: *τοιγαροῦν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου μαρτύρια ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας, ἐκείνοις μὲν· ὦ ξεῖν' κτλ.* (ep. 21), *τοῖς δ' ὑμετέροις προγόνοις· Ἑλλήνων κτλ.* Aristid. 46. 156 (II 511 D): *ἆρά σοι καὶ τὰ τοιάδε δόξει ἀλαζονεία τις εἶναι· Ἑλλήνων κτλ.*; Schol. Aristid. p. 289 Frommel: *ἐπίγραμμα εἰς στήλην Περικλέους·* (Christodor. 117 sq.). *ἕτερον εἰς Ἀθηναίους· Ἑλλήνων κτλ.* Suid. s. v. *Ποικίλη· στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἔνθα ἐγράφησαν οἱ ἐν Μαραθῶνι πολεμήσαντες· εἰς οὓς ἐστιν ἐπίγραμμα τόδε· Ἑλλήνων κτλ.*

v. 2 qualem recepi, solus Lycurgus exhibet; *ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας* Aristid., *ἔκτ. Μ. εἴκοσι μυριάδας* schol. et Suid., *ἔκλιναν* Bergk. Cf. infra.

Epigramma tropaeo Marathonio incisum erat. Atque ex Lycurgo facile concludere possis sepulcralem esse titulum conclusitque Bergk: neque tamen ullum verbum distichi ad mortuos spectat. Idem Bergk falli videtur in iis quae de versu secundo disserit. Meo enim iudicio

---

1) Buecheler me monuit illius pervetustae fabulae, quam de Iove vincto narrat Homerus. Et notum est Spartae Iovem Agamemnonem honoribus affectum esse (Tzetz. Lycophr. 335. 1123. 1369).

[ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέ ποτ' αὐτῆς
λήσομαι· ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.]

Locos fere omnes collegit G. Kinkel ep. Gr. frgm. p. 310, cf. etiam Nauck Mél. Gr.-R. II p. 736, Bergk PLG II^4 368. Athen. 8 p. 335 f: *ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε·* 1—7. Schol. Aristoph. av. 1021: *λέγουσιν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ ἐπιγεγράφθαι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα·* 1—7. Scholiastam ad verbum descripsit Eudocia p. 372 Flach (nisi quod v. 2 *τοι* excidit), quamobrem eam in apparatu critico non afferam. (Etiam Phavorinum afferre supersedi.) — Anth. Plan. 27: *εἰς Σαρδανάπαλλον·* 1—6. Inde Strabonis interpolator XIV p. 672 (v. infra): v. 1—6. — Diodor. II 23: *Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προήχθη* (sc. *Σαρδανάπαλλος*) *τρυφῆς . . . ὥστε ἐπικήδειον εἰς αὐτὸν ποιῆσαι καὶ παραγγεῖλαι τοῖς διαδόχοις τῆς ἀρχῆς μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν ἐπὶ τὸν τάφον ἐπιγράψαι τὸ συγγραφὲν μὲν ὑπ' ἐκείνου βαρβαρικῶς, μεθερμηνευθὲν δὲ ὕστερον ὑπό τινος Ἕλληνος·* 1—5 (secundae classis codices om. v. 1—3). Tzetz. chil. 3.450 (ex Diodoro, propterea Tzetzam non afferam in apparatu critico): (*ὁ Σικελὸς Διόδωρος*) *γράφει καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ τοῦ Σαρδαναπάλλου | ὃ γεγραμμένον πέφυκε γράμμασιν Ἀσσυρίοις | κἂν ἐξελληνιζόμενον ταῦτα δηλοῖ τὰ ἔπη·* 1—5. — Eustath. Od. p. 1447, 30: *ὁ δὲ Σαρδανάπαλλος . . . ἔφη·* 1—2 (*-θαλίῃσι*). — Clem. Alex. p. 177 Sylb. (I col. 1061 M.): *οὗ* (sc. Sard.) *τὸν βίον δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα·* v. 4. 5. 3; eodem ordine Theodoret. graec. aff. cur. XII (IV col. 1149 M., 4, 2 p. 1039 ed. Schulze): *Τῷ γὰρ δὴ ἐκείνου* (sc. Sard.) *ἐπιγέγραπται τάφῳ·* 4. 5. 3 et Georg. Hamartol. ap. Cramer. A. O. IV 219 (Corp. Scr. H. B. 14 p. 19, 9 = Migne col. 56): *οἱ δὲ κόλακες . . ἐπέγραψαν, ὡς ἐξ αὐτοῦ δῆθεν τῷ τάφῳ αὐτοῦ τοιάδε·* v. 4. 5. 3 (pedestri oratione). — Saepissime versus 4 et 5: Strab. XIV 672: *καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί·* 4. 5; hoc loco codices aliquot v. 1—6 margini adscripserunt. Dio Chrysost. or. IV (I p. 89 D.): *καὶ τὸ τοῦ Σαρδαναπάλλου προφέρεται πολλάκις ἐλεγεῖον·* 4. 5. Anth. Pal. VII 325: *εἰς τὸν Σαρδανάπαλλον* Lm^e: 4. 5. Unde et in codice Matritensi p. 450 Iriarte. Steph. Byz. s. v. *Ἀγχιάλη· οὗ* (sc. *Σαρδαναπάλλου*) *ἐστι καὶ τὸ ἐπίγραμμα ὧδε·* v. 4. 5. Cic. Tusc. 5. 35: ex quo Sardanapali opulentissimi Syriae regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto:

haec habeo quae edi quaeque exsaturata libido
hausit. at illa iacent multa et praeclara relicta.

quid aliud, inquit Aristoteles (frgm. 90 R^3), in bovis, non in regis, sepulcro inscriberes? Idem de fin. 2. 106: non intellego

cur Aristoteles Sardanapali epigramma tanto opere derideat, in quo ille rex Syriae glorietur se omnes secum libidinum voluptates abstulisse. Ex Cicerone novit Augustin. de civit. dei II 20. Codex bibl. Escurial. 227 s. XIV/XV ap. Miller. p. 174: *τὸ ἐν μνήματι τοῦ Σαρδαναπάλλου ἐπίγραμμα·* v. 4. 5. — Polyb. 8. 12: *οὗ τὴν ἐν τῷ βίῳ προαίρεσιν καὶ τὴν ἀσέλγειαν διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἐπὶ τοῦ τάφου τεκμαιρόμεθα. λέγει γὰρ ἡ ἐπιγραφή· ταῦτ' ἔχω — ἔπαθον.* Plut. mor. p. 546 A (de se ipso laud. 17): *πάνυ δὲ χαριέντως καὶ ὁ Κράτης πρὸς τὸ Ταῦτ' ἔχω — ἔπαθον ἀντέγραψε κτλ.* Plut. mor. p. 330 F: *τοῖς Σαρδαναπάλλου μνημείοις ἐπιγέγραπται· ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα.* Nicet. Chon. p. 417, 11 (Migne I col. 677): *ἔχαιρε δὲ κατὰ Σαρδανάπαλλον ταῖς ἀνέσεσιν, ὃς τόσσ' ἔχειν, ὅσσ' ἔφαγε καὶ ἐφύβρισε τῷ ἐπιταφίῳ ἐνεκόλαπτε γράμματι.* Eustath. Il. p. 766, 55: . . *πρὸς ὅπερ ἔοικεν ἀπερεῖσαι τὸν νοῦν καὶ ὁ εἰπών· τοσαῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον.* Eustath. Il. p. 224, 36: *ἔφη γὰρ* (sc. Sardanap.) *τὸ τοσαῦτ' ἔχω ὅσα ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον καὶ τὰ ἑξῆς.* Suid. s. v. *Σαρδανάπαλλος· οἱ δὲ κόλακες ἐπέγραψαν ὡς ἐξ αὐτοῦ δῆθεν* (cf. Georg. Hamartol.) *τῷ τάφῳ αὐτοῦ τὰ Τόσσ' ἔχω καὶ τὰ ἑξῆς.*

Imitatores: Alexis ap. Athen. 8. 336 f (Com. II 306 K.): *ἕξεις δ' ὅσ' ἂν φάγῃς τε καὶ πίῃς μόνα· | σποδὸς δὲ τἄλλα, Περικλέης Κόδρος, Κίμων.* Phoenix ap. Ath. 12. 530e (quae transscribere longum est). Chrysippus ap. Ath. 8. 337a: *εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε, | τερπόμενος μύθοισι· φαγόντι σοι οὔτις ὄνησις. | καὶ γὰρ ἐγὼ ῥάκος εἰμί, φαγὼν ὡς πλεῖστα καὶ ἡσθείς. | ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ μουσῶν | τέρπν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψεν.* Duos postremos versus ex iis versibus qui Crateti a Laertio Diog. 6. 86 (cf. Bergk PL. II[4] p. 368) adscribuntur et qui a Chrysippi parodia non diversi esse videntur, emendavi. Theocrit. 16. 42: *τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,* cf. v. 22 *δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς | κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις* (attulit Buecheler Rh. M. 30, 54). Antipater Thessal. A. P. VII 286: *τὰ δ' ὄλβια κεῖνα μέλαθρα φροῦδα* . . Kaibel epigr. gr. 546 b, 15: *τἄλλα τε πάντα λέλοιπα κτλ.* Cf. etiam Leibnitii versiculos Rh. M. 19, 296 (= Bernays Ges. Abh. 2, 354).

v. 1. *εἰδώς*] *δεδαώς* sch. Arist. | *σὸν*] *ὃν* sch. Arist., *τὸν* Anth. Pl. et duo codd. interpolatoris Strab. | *δέξαι* Diod. ‖ **v. 2.** *τοι*] *σοι* Ath. (cuius epitome C *τοι*) Diod. | *ὀνήσει* Diod. ‖ **v. 3.** *καὶ γὰρ νῦν* Hamart. | *βασιλεύων* schol. Aristoph. | **v. 4.** *κεῖν'*] solus Athen., *τόσσ'* Anth. P. et Pl. Theodoret., Nic. Chon., Dio Chr., Suid. Hamart. cod. Escur., *τοσαῦτ'* Eust., *ταῦτ'* reliqui. | *καὶ ἀφύβρισα*] sic vel *κἀφύβρισα* codd. plerique Strabonis et Aristoteles, quod ex Ciceronis versione cognoscimus, cf. I. Bernays Dial. d. Aristot. p. 160; *καὶ ἐφύβρισα* omnes reliqui; nisi quod (*ἔφαγόν*) *τε καὶ ἔπιον* Anth. P. et Eust., cf. Hamartolum qui epi-

gramma pedestri oratione reddit: ὅσ' ἐφύβρισα καὶ ἔφαγόν τε καὶ ἔπιον καὶ μετ' ἔρωτος τερπνοῦ ἐπολιτευσάμην. καὶ ἐβρόχθισα Nauck Mél. Gr.-R. II 736 | σὺν ἔρωτι] solus Ath., μετ' ἐρώτων schol. Aristoph., Anth. P., μετ' ἔρωτος rell. ‖ v. 5. τέρπν' ἔπαθον] τερπνὰ πάθον Steph. B., τέρπν' ἐδάην Anth. P. et Pl. | πολλὰ] λοιπὰ Dio Chr. | πάντα λέλυνται] Ath., πάντα λέλειπται (cf. Hom. § 213) Anth. Pal. Cm[c] (in textu τάφος ἔμαρψε ab eodem C in ras. scriptum scilicet ex 326, 2; pristina lectio A item erat τάφος ἔμαρψεν) cod. Esc. Dio Theodor. Hamart., κεῖνα λέλειπται rell. (etiam Aristot.) et Theocr. Versuum 4 et 5 igitur duplex exstat forma: cum enim plerique scriptores ταῦτ' vel τόσσ' — μετ' ἔρωτος — κεῖνα (πάντα) λέλειπται exhibeant, Chrysippus ap. Athen. tradit κεῖν' — σὺν ἔρωτι — πάντα λέλυνται. Utrum autem Chrysippus genuinam formam servaverit, reliqui versus quales in vulgi ore ferebantur, tradiderint, an ille mutaverit, discerni non potest. Id certe constat lectionum varietatem non inde explicari posse, quod duo poetae Assyrium, quod fuisse putant, epitaphium in Graecos versus transtulerint: quae fuit olim Naekii sententia ‖ v. 6 et 7 del. Nauck l. l. recte sine dubio, cum mortuus se obliturum non esse dicere nequeat. ‖ v. 6. οὐδέ ποτ' αὐτῆς Ath., οὐδέ ποτ' ἐσθλή schol. Arist. quod ex Hesiod. Opp. 640 irrepsisse putat Flach ad Eudociam p. 372, (παραίνεσις) ἀνθρώποισιν Anth. Pl., Strab. interp. ‖ v. 7. λήσομαι] Ath., λησάμεθ' Hecker[2] p. 35 (at cf. p. 344), λήσεαι Meineke; totum versum sic exhibet schol. Aristoph.: κεκτήσθω δ' ὁ θέλων σοφίης τὸν ἀπείρονα πλοῦτον, quam formam Cratetis parodiae adscribit Bergk.

Sardanapalli luxuriae, quam finxerant Graeci, iidem tamquam fastigium imponebant ementiti epitaphia, quae sepulcro regis inscripta essent. Quorum tria historicorum libris ad nos pervenerunt: primum habes apud Athenaeum 12. 529e: *Ἀμύντας ἐν τρίτῳ Σταθμῶν ἐν τῇ Νίνῳ φησὶν εἶναι χῶμα ὑψηλόν . . . . λέγεσθαι δὲ τὸ χῶμα τοῦτ' εἶναι Σαρδαναπάλλου τοῦ βασιλεύσαντος Νίνου, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ Χαλδαϊκοῖς γράμμασιν, ὃ μετενεγκεῖν Χοιρίλον ἔμμετρον ποιήσαντα. εἶναι δὲ τοῦτο· „ἐγὼ δὲ (?) ἐβασίλευσα καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον ἔφαγον ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν.“* Commemorat autem Amyntas hoc loco alterum quoque epitaphium, metricam dico Choerili versionem, quam hos ipsos, de quibus agimus, versus esse summam habet probabilitatis speciem, dummodo statuamus poetam non verba, sed rem reddere voluisse.[1]) Tertius accedit titulus, quem primus Callisthenes, deinde multi alii historiae rerum ab Alexandro gestarum intexuerunt: de quo fuse egit Niese in Indice Marburgensi 1880 (cf. Fränkel die Quellen der Alexanderhistoriker p. 10—12 et p. 230); est autem talis (Callisth.

---

1) Ex Amyntae consimili auctore hausit Strabo 14 p. 672: *Μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος τούτων* (Sardanapalli sepulcri). Deinde pergit: *καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί· ταῦτ' ἔχω — λέλειπται* (v. 4—5). Qui versus Straboni *ἀδέσποτοι* erant, ut erant omnibus qui eos memorant scriptoribus.

fr. 32 Muell.): *ἐν Νίνῳ ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ τοῦτ' ἐπιγέγραπται· Ἀνακυνδαράξου παῖς Ταρσόν τε καὶ Ἀγχιάλην ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ· ἔσθιε πῖνε ὄχευε ὡς τά γ' ἄλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια τουτέστιν τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος· τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις. ταὐτὸ καὶ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσῷ*[1]) *ἐπιγέγραπται ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.*

Quo tertio epigrammate non sola regis luxuries quemadmodum in duobus aliis depingitur, sed commemoratur etiam simulacrum regis, Anchiale et Tarsus oppida ab illo condita afferuntur, monumentum et epitaphium etiam Anchialae esse dicitur. Quae Ed. Meyer (Gesch. d. Alt. I 471 sq. coll. Abyden. fr. 7 et Beros. fr. 12) recte animadvertit ex itineribus Alexandri Magni explicanda esse; prope Anchialam enim statuit Graecos monumentum Assyrii cuiusdam regis vidisse et inde illa nova affinxisse Sardanapalli sepulcro et titulo. Verisimile inde fit duo alia epitaphia, quae solam luxuriem regis depingunt, iam ante Alexandri tempora conficta esse. Quae negabit Buecheler: contulit enim is Rh. M. 30, 54 Theocriti versum *τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες* (v. p. 185 inter imitatores) qui versus necesse est aut ex epitaphii versu quinto imitatione expressus sit aut obversatus sit epitaphii auctori; atque hoc quidem putat Buecheler ex versus Theocritei indole sequi et Ciceroni (v. p. 184 inter testim.) Aristotelis testimonium afferenti credi vetat, „cum is etiam in aliis multis auctorem iactet alium, alium transscribat". Sed Aristotelem de Sardanapallo locutum esse constat (v. fr. 90 R³ et Bernays die Dial. des Aristot. p. 84 sq.), ut Ciceroni bis Aristotelem diserte nominanti diffidere non liceat. Accedit quod Alexin comicum (v. imitatores) Theocrito uti potuisse veri dissimile est. Et nonne potest poeta egregius ita alius verba carmini suo intexere, ut insciis imitationis vestigia appareant nulla? Meo quidem iudicio non possumus non statuere Theocritum epitaphii versus meminisse.

Quodsi recte versus ante Aristotelis et Alexandri tempora facta esse contendimus, altera solvitur quaestio de Choerilo poeta, cui probabiliter versus tribui posse supra diximus. Corruit enim Naekii sententia (Choer. frgm. p. 196—256) Choerilum Iasensem, Alexandri comitem, fuisse poetam epitaphii, qui sine dubio Callisthenis pressisset vestigia, et relinquitur Samius, Herodoti aequalis, quem in Persicis de Sardanapallo locutum esse putamus.

1) De monumento, quod nunc Tarsi Sardanapalli sepulcrum dicitur, egit Koldewey in „Archaeol. Beitr. Robert gewidmet" p. 178.

233. In Midam. [Cleobuli.]

Χαλκέη παρθένος εἰμί, Μίδεω δ᾽ ἐπὶ cήματι κεῖμαι.
Ὄφρ᾽ ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
αὐτοῦ τῇδε μένουca πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
ἀγγελέω παριοῦcι, Μίδηc ὅτι τῇδε τέθαπται.
[3 καὶ ποταμοὶ πλήθωcι περικλύζῃ τε θάλαcca,
4 ἠέλιοc δ᾽ ἀνιὼν λάμπῃ λαμπρά τε cελήνη,]

Plato Phaedr. p. 264 C: *Σω.: εὑρήσεις τοῦ ἐπιγράμματος οὐδὲν διαφέροντα, ὃ Μίδᾳ τῷ Φρυγί φασίν τινες ἐπιγεγράφθαι. Φαι.: ποῖον τοῦτο καὶ τί πεπονθός; Σω.: ἔστι μὲν τοῦτο τόδε· χαλκῆ — τέθαπται. ὅτι δ᾽ οὐδὲν διαφέρει αὐτοῦ πρῶτον ἢ ὕστατόν τι λέγεσθαι, ἐννοεῖς που, ὡς ἐγῷμαι.* [Dio Chrysost.] 37 p. 120 R (vol. II p. 304 Dind.): *ὁ δὲ ποιητὴς ἄλλως ἐκόμπαξεν ὁ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα ποιήσας, ὅ φασιν ἐπὶ τῷ Μίδα σήματι γεγράφθαι· χαλκῆ — τέθαπται. ἀλλ᾽, ὦ παρθένε, τοῦ μὲν ποιητοῦ ἀκούομεν, σὲ δὲ ζητοῦντες οὐχ εὕρομεν οὐδὲ τὸ σῆμα τοῦ Μίδου.* Anth. Pal. VII 153: *εἰς Μίδαν Ὁμήρου* A | *οἱ δὲ Κλεοβούλου τοῦ Λινδίου* L | *τὸ σχῆμα κύκλος* C: *χαλκῆ — τέθαπται.* Anth. Plan. (aut. app.) f. 92r. Laert. Diog. 1. 6. 89: *καὶ τὸ ἐπίγραμμά τινες τὸ ἐπὶ Μίδᾳ τοῦτόν* (i. e. *Κλεόβουλον*) *φασι ποιῆσαι· χαλκῆ — τέθαπται. φέρουσι δὲ μαρτύριον Σιμωνίδου ᾆσμα ὅπου φησί·* (n. 57 Bgk., cf. infra p. 190). *οὐ γὰρ εἶναι Ὁμήρου τὸ ἐπίγραμμα, πολλοῖς ἔτεσι προέχοντος, φασί, τοῦ Μίδα.* Ps.-Herodoti vita Homeri p. 5, 24 West.: (*Ὅμηρος*) *ὡς Κυμαῖοι λέγουσι τῷ Φρυγίης βασιλῆι Μίδῃ τῷ Γορδίεω, δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ, ποιεῖ τὸ ἐπίγραμμα τόδε τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τῆς στήλης τοῦ μνήματος τοῦ Γορδίεω ἐπιγέγραπται· χαλκῆ — τέθαπται.* Certamen 252 Nietzsche, 250 Rz.: *οἱ Μίδου τοῦ βασιλέως παῖδες Ξάνθος καὶ Γόργος παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ἐφ᾽ οὗ ἦν παρθένος χαλκῆ τοῦ Μίδου θάνατον οἰκτιζομένη. καὶ ποιεῖ οὕτως· χαλκῆ — τέθαπται.* (Ex Herod. et Certamine insertum est Homeri epigrammatis, n. 3.) Primum versum affert, quattuor respicit Ioh. Philopon. in Aristot. anal. post. p. 34 b (schol. ed. Brandis p. 217 A): *κύκλον δέ φησι* (*Ἀριστοτέλης*) *τὰ ἔπη ἤτοι τὰ ἐπιγράμματα τὰ οὕτω πεποιημένα, οὐχ ὡς τῇ κατὰ τὸ τέλος τοῦ πρώτου στίχου λέξει ἀκολουθούσης τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου καὶ τούτῳ τοῦ τρίτου καὶ ἐφεξῆς, ἀλλ᾽ ὡς δύνασθαι τὸν αὐτὸν στίχον καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ποιεῖσθαι, οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο· χαλκῆ — κεῖμαι. λέγει δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῷ βίῳ τοῦ Ὁμήρου εἶναι τὸ ἐπίγραμμα εἰς Μίδαν τῶν Φρυγῶν βασιλέα.* Secundum versum laudant [Longin.] de subl. 36. 2; Sext. Empir. hypot. 2. 37 (p. 35 Bk.), adv. math. p. 327 Bk.,

Liban. I p. 519 R.; quintum et sextum Suidas. s. v. *Αὐτοῦ* et *Μίδας*.

v. 1. om. Herod. codd. R^{ab} L^b et Hermiae codex Platonicus | *χαλκὴ* Anth. Pal. et Laertii B, *χαλκῆ* rell., *χαλκέη* Brunck | *Μίδεω* Herod. cod. B, *Μίδα* Plato (nisi quod B *μίδᾳ*) Anth. P. et Pl. Dio, *Μίδου* Cert. Herod. codd. rell. Philop. | *ἐνὶ* (sic) *σήματι κεῖμαι* Philop., *ἐπὶ σήματος ἧμαι* Cert. || v. 2. *ὄφρ'* Plat. Liban., *ἔστ'* Herod. (L^b *σῶτ'*) Cert. Dio. Laert. Anth. Pal. Longin., *εὖτ'* Plan. | *νάῃ* Plat. Sext. hypot. Liban. Cert. Anth. P. et Plan. Dio, *ῥέῃ* Laert. Herod. codd. R P (*ῥέοι* A B M L), Longin. Sext. adv. math. | *τεθήλοι* Herod. A B M L, *τεθήλει* eiusdem R. Ad clausulam conf. Hom. *η* 114 || v. 5. *πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ* Anth. Pal. Suid. Cert. Laert. PB. Dio, *πολυκλαύστῳ ἐ. τ.* Plan., *πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου* Plat. Herod., cf. Kaibel 539, 3 *πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ* et A. P. VII 476, 3 *πολυκλαύτῳ ἐ. τ.* v. 6. *ἀγγελέω* Plato Herod. (nisi quod L^b *ἀγγέλλω*, quod probare studet Hermann) Dio Laert. Anth. Pal. et Pl. Suid., *σημανέω* Cert.; cf. Kaibel 206, 3 *προσημαίνω παριοῦσιν* | *Μίδης* Herod. Cert., *Μίδας* rell.

v. 3 et 4. om. Plato Anth. P. et Plan. Dio; immutato ordine exhibet Laert. || v. 3. om. Herod. | *καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν* Laertii P B (*γε ῥέωσιν* F ut videtur, *ῥείωσιν* Röper Philol. 3, 43), *ἀνακλύξῃ δὲ* Laert., nisi quod *ἀνακλύζει* B et *δὲ* ex *τε* corr. P || v. 4. *ἠέλιος τ'* l. l. nisi quod *η* in ras. Laertii B et *ἥλιος τ'* eiusdem F; corr. Westermann | *λάμποι* Herod. codd. A B L, Diog. ed. Colon. Lugd. Antv., *φαίνῃ* Cert. | *λαμπρή* Goettl., codicum lectionem *λαμπρά* defendit G. Herm. op. 6, 153, cf. Rzach Wien. Stud. 5, 184 (Hesiod. th. 18, Ilias parv. fr. 11 K.); *λιπαρά* hic fuisse putat Stadtmueller Berl. phil. Woch. 1890 col. 304, si recte Bergk in Simonidis carmine *λιπαρᾶς* supplevit.

Socrates ille Platonicus in Phaedro Lysiae de amore declamationem perstringens reprehendit auctorem quod initium fecerit ab iis sententiis quibus concludere debuit orationem neque ullam omnino viam ac rationem secutus esse videatur in singulis componendis partibus (p. 264 A: *ἄρχεται ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἤδη ὁ ἐραστὴς λέγοι.* 264 B: *σὺ δ' ἔχεις τινὰ ἀνάγκην λογογραφικήν, ᾗ ταῦτα ἐκεῖνος οὕτως ἐφεξῆς παρ' ἄλληλα ἔθηκεν;*). Neque quidquam differre eius declamationem ab epigrammate quod in Midae Phrygis sepulcro nonnulli dicant inscriptum esse: huius enim utrum aliquam partem primo an ultimo posueris loco nihil interesse ad significationem. Liquet igitur exhibere Platonem exemplum eius figurae, quae postmodo *κύκλος* apud rhetores audit, qua enuntiatum etiam ordine partium immutato eandem retinet sententiam. Quam figuram cum respuant duo illi versus qui in aliorum scriptorum codicibus post alterum hexametrum insequuntur, fieri non posse perspicuum est ut ei infuerint in antiquo epigrammate.[1]) Nam si consulto non integrum carmen

1) Eos corrigendos esse censet Schleiermacher ad Plat. Phaedri versionem p. 383: „Was die beiden vor den zwei letzten vom Platon ausgelassenen Zeilen betrifft, so bedürfen sie wahrscheinlich einer kleinen Veränderung, um auch in das Gesetz des Gedichtes zu passen.“ Sed quomodo corrigendos putaverit, omisit adnotare vir doctissimus neque quisquam probabilem coniecturam pro-

apposuisset philosophus, sed suo arbitrio hunc vel illum versum omisisset, misere profecto claudicaret comparatio. Alia autem est quaestio de primo versu. Etsi enim concedendum est contineri posse cycli figuram quattuor qui apud Platonem exstant versibus — iisque contineri putant Corrector Anthologiae et Philoponus —, tamen facile quivis videbit viditque id Ioannes Schmidt (diss. Hal. 2, 169) primo demum versu sublato luculenter expressam esse figuram. Cuius sententiae poterat Schmidt veteris scriptoris testimonium afferre, Hermiae dico qui ad Phaedri locum hunc in modum disserit (p. 188 ed. Ast in calce Phaedri): *ἔξεστι τῷ πρώτῳ ὡς δευτέρῳ χρήσασθαι καὶ οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἐπιγράμματος οὗ ἐκτέθειται ἐν τοῖς ῥητοῖς. ἔξεστι γὰρ τῶν τριῶν στοίχων* (scribe *στίχων*) *τῶν ἐν τῷ ἐπιγράμματι, ὃν ἂν ἐθέλῃς, προτάξαι ὅπερ οὐκ ἔστιν εἱρμοῦ οὐδὲ τάξεως· ὅθεν τινὲς τὰ τοιαῦτα ἐπιγράμματα τρίγωνα καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὅθεν ἂν ἐθέλῃς δύνασαι ἄρξασθαι.* Inde verisimile fit exemplum cycli vel trigoni, quod Plato profert, constare ex versibus secundo quinto sexto. Primus autem versus a figura ipsa alienus est et seiungendus ab illis tribus hexametris[1]), quamquam nihilo minus spectat ad hanc figuram. Assentior enim Stadtmuellero (Berl. phil. Woch. 1890 col. 304) qui eum exemplar fuisse censet rei per cyclum tractandae ita ut quod hoc uno versu dictum sit, varietur tribus. Nihil igitur mirari debemus quod in Platonis textu etiam primus occurrit versus qui cycli ipsius pars non est: ubi versus propositus et ex eo quasi nata figura una afferuntur.

Quodsi recte exposuimus quattuor solos versus antiquos esse, ne licebit quidem eos Cleobulo Lindio adscribere, cui adscribit Laertius Diogenes documento usus hisce versibus Simonideis frgm. 57 Bgk.:

Τίς κεν αἰνήσειε νόῳ πίσυνος Λίνδου ναέταν Κλεόβουλον
ἀενάοις ποταμοῖς ἄνθεσί τ' εἰαρινοῖσιν
ἀελίου τε φλογὶ χρυσέᾳ ⟨λιπαρᾶς⟩ τε σελάνας
καὶ θαλασσαίαισι δίναις ἀντία θέντα μένος στάλας;
ἅπαντα γάρ ἐστι θεῶν ἥσσω· λίθον δὲ
καὶ βρότεοι παλάμαι θραύοντι· μωροῦ φωτὸς ἅδε βουλά.

Inde dubium esse non potest, quin Cleobulus verbis, quae perstrinxit Simonides, cuiusdam hominis cippum tot annos duraturum pronun-

ponere possit. Rectissime vero idem: „Es ist aus mehreren Gründen nicht zu vermuten, dafs Platon in dem Gedicht diese Eigenschaft nur zufällig sollte aufgefunden, noch weniger, dafs er sie ihm sollte angedichtet haben."

1) Dubium est utrum in Hermiae codice Platonis primus versus omissus fuerit an eum ut a cyclo alienum neglexerit commentator. Sed hoc minime inde colligere nobis licet, primum versum afuisse a genuino Platonis ipsius textu. In quo tetrastichon infuisse testes sunt Meleager atque Ps.-Dio qui eo auctore usi totidem exhibent versus.

tiaverit quot mansura essent flumina et plantae, sol et luna marisque turbines. Simile quiddam laudatur in Midae quod dicunt epitaphio, sed cum ad id quattuor versus pertinere supra demonstratum sit, in quibus nihil memoratur praeter aquam et arbores, hi quidem Cleobuli esse non possunt.[1]) Immo aut fallor aut inferiore aetate grammaticorum aliquis cum similitudinem quandam inter Midae epitaphium et Cleobuli carmen, quod ex sola Simonidis cavillatione noverat, intercedere animadvertisset, non diversa esse carmina ratus epitaphio, ut Simonidis verbis responderet, alterum distichon inseruit, minime curans sic tertio versu idem pleniore ore dici quod iam secundi verbis *ὕδωρ τε νάῃ* continetur.[2])

Quanta autem est veterum auctorum dissensio in textu epigrammatis tradendo, tantus omnium in eo est consensus, quod in sepulcro Midae Phrygum regis versus insculptos esse contendunt. Quid quod Ps.-Herodotus sua aetate eos in cippo exstare ait. Neque quisquam fere eorum, qui de epigrammate egerunt[3]), ullam dubitationem movit: veluti Bergk et Weishäupl ad eum Midam qui una et vicesima olympiade irrumpentibus in Lydiam Cimmeriis mortuus est, referendum esse putaverunt, Duncker vero ad eiusdem nominis regem qui circa annum 600 (ol. 45) vixisset.[4]) Quibus ego accedere non possum:

1) Saepius cippus ut *ἀϑάνατος* mortalibus opponitur, v. Ps.-Simon. 123 Bgk, Kaibel EG 21 et 70.

2) cf. Hiller Rh. Mus. 33, 524. Neque potuit Simonides si inscriptionem qua a e n e u m monumentum omnia alia superare praedicatur, irrisisset, de solo l a p i d e (v. 5) loqui. — Bergk gr. Lit. 1, 799 Cleobuli versus, quos Ceus poeta perstringit, titulum sepulcralem ignoti cuiusdam Rhodii hominis esse censet assentiturque Io. Schmidt (l. l.), qui et Midae epitaphii auctorem et Cleobulum vetustum quoddam populare carmen imitatione expressisse putat.

3) Unus quod sciam dubitavit Sittl gr. Litt.-Gesch. 1, 239: „Es ermangelt indes so sehr aller persönlichen Beziehungen, dafs man billig daran zweifeln darf, ob es lange vor der attischen Periode, in welcher das Epigramm seinen epideiktischen Charakter gewann, gedichtet sei.“ Stadtmueller tres quidem cycli versus demonstrative esse factos vidit, sed primum ipse quoque genuinum esse putat titulum sepulcralem.

4) Exstant in valle Doghanlu plura Phrygiae regum sepulcra, in quorum uno Phrygia lingua sed litteris Graecis epitaphium inscriptum est Midae regis Gordii filii. Inter haec sepulcra ipsum quoque olim positum fuisse monumentum cum aenea illa virgine et Graeco epigrammate sententia est Dunckeri (Gesch. d. Altert. I[5] p. 454). Rathgeber (59 Silbermünzen der Athenaeer p. VIII) id quidem vidit non posse Graeca verba in Midae sepulcro insculpta esse: immo Homeridam quendam Aeolum epigramma Graece conscripsisse, quod in Phrygiam linguam versum subter virginem aeneam insculptum esse: quam opinionem refellere supersedeo. — Ceterum adnotare liceat morem ex quo mulierum statuae sepulcris imponuntur etiam aliunde notum esse — cf. Brückner Ornament und

etenim Phrygum regis epitaphium non potuit non Phrygia lingua conscriptum esse neque regem iacere sub tumulo in regis titulo potuit omitti. Non audiendus igitur Ps.-Herodotus quod suis temporibus inscriptionem exstare dicit, cum id facile effinxerit ex versibus qui monumentum aere perennius fore praedicant. Immo quattuor versus confectos esse conicio a sophista quodam exeuntis quinti saeculi qui cum exemplum rhetorici illius cycli requireret Midae celeberrimo nomine hanc ad rem usus est. Qui num idem commentus sit Homerum Cumis hos versus iussu Midae filiorum, Xanthi et Gorgi, fecisse, in medio relinquo: sed haud inepte quis coniectet eundem qui *γρίφους* illos Certaminis ab Homero profectos esse finxit (v. Rohde Rh. M. 36 p. 566), tales quoque lusus principi poetarum tribuisse.

234. In Cyrum.

Ἐνθάδ᾽ ἐγὼ κεῖμαι, Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Strabo 15 p. 730: (Aristobulus) *καὶ τὸ ἐπίγραμμα δὲ ἀπομνημονεύει τοῦτο· ‛ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας· μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος.᾽ Ὀνησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἴρηκε . . . ἐπίγραμμα δὲ εἶναι· ἐνθάδ᾽ — βασιλήων· καὶ ἄλλο περσίζον πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν.* Eustath. in Dion. Per. p. 396 Müller: *εἶχε δέ, φασί, καὶ ἐπίγραμμα Ἑλληνικὸν Περσικοῖς γράμμασιν· ἐνθάδ᾽ κτλ.*

Versus ab Onesicrito, homine mendacissimo (cf. Geier Alexand. histor. scriptores p. 76 sq.), fictus esse videtur.

---

235. In Dionem. [Platonis.]

Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶν
  Μοῖραι ἐπέκλωσαν δὴ τότε γεινομέναις·
σοὶ δέ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων
  δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
κεῖσαι δ᾽ εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι, τίμιος ἀστοῖς,
  ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

Laert. Diog. 3. 29 sq.: *Ἀρίστιππος δ᾽ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ*

Form der att. Grabstelen p. 35 — neque opus esse sirena aut sphinggem *χαλκῇ παρθένῳ* significari quod putat Benndorf gr. u. sic. Vasenb. p. 39 not. aliique multi. Goettling (Ges. Abh. 1, 148) conicit nympham Ariadnae illi statuae Vaticanae consimilem in sepulcro impositam fuisse, murmure fontis ex urna, quam manu teneret, prosilientis consopitam: coniectura, opinor, speciosior quam verior.

παλαιᾶς τρυφῆς φησιν αὐτὸν (sc. *Πλάτωνα*) *Ἀστέρος . . ἐρασθῆναι, ἀλλὰ καὶ Δίωνος τοῦ προειρημένου. . δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα ἃ καὶ πρὸς αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτούς· ἀστέρας κτλ.* (Anth. Pal. VII 669 u. 670): *εἰς δὲ τὸν Δίωνα ὧδε· δάκρυα — Δίων. τοῦτο καὶ ἐπιγεγράφθαι φησὶν ἐν Συρακούσαις ἐπὶ τῷ τάφῳ.* Anth. Pal. VII 99: *εἰς Δίωνα τὸν Συρακόσιον* Am[c] | *Πλάτωνος φιλοσόφου* Lm[c]; | deinde ad vers. 3—6: *οὗτος ὁ Δίων ἑταῖρος ἦν Πλάτωνος τοῦ μεγάλου* Lm[c]: *δάκρυα — Δίων.* Anth. Plan.: *εἰς Δίωνα τὸν Συρακούσιον Πλάτωνος.* Cod. Matr. p. 104 Iriart. et Vindob. 311: *δάκρυα — Δίων.* Apul. apolog. c. 12: et ne pluris commemorem, novissimum versum eius de Dione Syracusano si dixero, finem faciam: *κεῖσαι - Δίων.* Suid. s. v. *γειναμέναις· δάκρυα — γειναμέναις.*

v. 1. *μὲν* codd., *μὴν* Iacobs, *σοί θ' Ἑκάβῃ καὶ* Hartung die gr. Eleg. I 331, *μέν θ' Ἑκάβῃ* Wernicke de Pl. epigr. p. 8, *δάκρυ' ἄδην* Bergk | *ἐλιάδεσι γυναιξί* Laertii F ‖ v. 2. *ἐπεκλώσαντο* Suid. | *δή ποτε* Laert. Pl.; (*ἐπεκλώσαντ'*) *εἴποτε* Bergk *γειναμέναις* Vindob., Suid. nisi quod *γεινομένοις* cod. A, *γινομέναις* Laertii B | v. 3. *καλ*" Plan. | *ἔργων* (o supra ω) Pl., *ἔργων ω* in ras. Laertii P² ‖ v. 4. *εὐροίας* Herwerden ‖ v. 5. *εὐρυχώρῳ* Laertii B | *ἐν*] eras. B, *ἐνὶ* Plan., *νῦν* F. W. Schmidt St. z. d. gr. Dramat. III p. 123.

Quivis videt versus non iustam Dionis sepulcri inscriptionem esse posse (alienum *ὦ ἐμόν*, deest etiam *ἐνθάδε* vel simile quid), sed epicedium esse quod et ipsum cippo insculptum fuisse haud verisimile putaverim. Neque Platonis esse recte contendunt Wernicke de Plat. epigr. p. 8 et Bergk PL. II⁴ 298, ille propter ultimum inprimis versum, hic quod Gellius et Apuleius philosophum adulescentulum talia lusisse dicant, at hoc epigramma post Dionis mortem ol. 106, 3 Plato senex scripsisse fingatur. Ego ut subditos censeam versus, adducor non tam extremis ambiguis sane verbis, unde nihil de Platonis moribus corruptis colligi licet — quamquam Aristippus his ipsis nisus integritatem philosophi aggressus esse videtur[1]) — neque altera quam Bergk affert causa: sed carmen tam inconcinnum et insulsum est ut viro divino adscribi non possit. Sufficiat Iacobsii Anth. VI 353 verba afferre, qui de origine non dubitaverat: „Antithesis in prioribus duobus distichis non satis perspicua est. Hecubae quidem, ait, et Troianis mulieribus fatum iam inde ab earum natalibus lacrimas et mala destinaverat; Dionis autem post egregie facta conceptas spes deorum quaedam malevolentia praecidit. — Hic ergo antithesis in verbis est magis quam in rebus. Nonne etiam Troianae mulieres ante belli initium omni felicitatis genere floruerunt? nonne illas quoque multa designasse et longas spes animo concepisse dicamus? Et quid est,

1) Aristippus certe epigramma non effinxit.

quod poeta illis tantum nascentibus mala et labores destinatos fuisse dicat; quasi, cum Dioni fatale fuisset ad speratum finem pervenire, invida quaedam fortuna, ipso fato invito, in eum irruperit?"

Quae si considero, intellegere non possum quomodo Flach Gesch. d. gr. Lyr. II 451 epigramma summis laudibus efferre et genuinum iudicare possit.

---

236. In Demonassam.

Σοφὴ μὲν ἤμην, ἀλλὰ πάντ' οὐκ εὐτυχής.

Dio Chrysost. or. 64 (II p. 207 Dind.): (Demonassa, Cypriorum legislatrix) *τήξασα χαλκὸν εἰς αὐτὸν ἥλατο. καὶ ἦν ἐκεῖ πύργος ἀρχαῖος, ἀνδριάντα χαλκοῦν ἔχων χαλκῷ ἐντετηκότα καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ ἱδρύματος καὶ πρὸς μίμημα τοῦ διηγήματος· ἐπιγραφὴ δὲ ἐπί τινος στήλης πλησίον· σοφὴ — εὐτυχής.* „Eundem locum ex cod. Paris. suppl. gr. 134 protulit E. Miller Mélanges orientaux p. 221." Nauck tragic. frgm.[2] adesp. 124.

σοφοὶ — ἦμεν — εὐτυχεῖς Heerwerden Mnemosyne n. s. 17, 274; de forma *ἤμην*, quam antiquiores respuebant scriptores, cf. G. Meyer[2] § 486. | *ἀλλὰ οὐ πάντα εὐτ.* cod. Par. 134 | *πάντ'*] *τἄλλ'* vel *τἄργ'* F. W. Schmidt Krit. Stud. zu d. gr. Trag. III 30.

Mirum erat statuam aeneam aeneae et ipsi crepidini esse infusam. Quod ut explicarent fabulam illam de muliere in liquefactum aes saliente excogitabant. Num autem Dioni fides sit habenda versum illum inscriptum fuisse, non magis discerni potest quam num inscriptio, id quod putat Nauck, tragici poetae versum referat. Ad nomen Demonassae R. Schoell me conferre iussit Demonactem Cyrenensium legislatorem Herod. 4. 161.

---

237. In Cn. Pompeium Magnum.

Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόσῃ σπάνις ἔπλετο τύμβου.

Appian de b. c. II 86 p. 770 ed. Mendelss.: *τὸ δὲ λοιπὸν σῶμά (τοῦ Πομπηίου) τις ἔθαψεν ἐπὶ τῆς ἠιόνος καὶ τάφον ἤγειρεν εὐτελῆ. καὶ ἐπίγραμμα ἄλλος ἐπέγραψε· τῷ ναοῖς κτλ.* Dio Cass. 69. 11: *ἀφικόμενος (Ἀδριανός) εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια· διὰ δὲ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ταῦτα εἰς Αἴγυπτον παριὼν καὶ ἐνήγισε τῷ Πομπηίῳ· πρὸς ὃν καὶ τουτὶ τὸ ἔπος ἀπορρῖψαι λέγεται· τῷ ναοῖς κτλ.* Anth. Pal. IX 402: *Ἀδριανοῦ Καίσαρος* A*m[e] | *εἰς τὸν τάφον Πομπηίου ἐν Αἰγύπτῳ* A* in marg. sup.; epigramma ipsum idem A* scripsit. Anth. Plan.: *εἰς τάφον Πομπηίου ἐν Αἰγύπτῳ.*

Ἀδριανοῦ βασιλέως. Syll. cod. Laur. 57, 29 f. 143r (cf. proll. § 11 adnot.) sine lemmate.

Hecker[2] p. 22 Appianum secutus contendit hunc versum Pompei sepulcro incisum esse. Sed rectius sine dubio Dio Cassius et Anthologia eum demonstrativis epigrammatis adscripserunt. Utrum autem Hadrianus ipse versum fecerit an ex memoria recitaverit, in medio relinquo. Ceterum similia in Pompeium epigrammata exstant in Anth. Lat. I n. 400 sqq. (Riese), inprimis 404, 2: Quantus quam parvo vix tegeris tumulo.

2. Epitaphia virorum litteris clarorum.

238—247. Lobonis? (cf. ad 247).

238. In Musaeum.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας,
Μουσαίου φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

Laert. Diog. prooem. 3: *τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ* (cf. Paus. 1. 25. 7) *καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Εὐμόλπου κτλ.* Anth. Pal. VII 615: *ἀδέσποτον* Cm[c] | *εἰς Μουσαῖον τὸν Εὐμόλπου υἱόν* Lm[e]. Anth. Plan. (app.): *εἰς Μουσαῖον.* (Hoc et insequentium aliquot habent etiam cod. Vind. phil. n. 311 aliique; in scholia Aristophanea ran. 1033 intulit Musurus, v. Dübner ad schol. p. 532.)

v. 2. *μουσαΐων φθιμένων* Anth. Pal. (˜ et ° C), *μουσαῖον φθίμενον* Plan. et Laert. nisi quod *φθινόμενον* F, *Μουσαίου φθιμένου* Iacobs et Hübner, *Μουσαίου φθίμενον* Bergk PL. II[4] 356 coll. Kaibel EG 261, 9 et 12, adde 88, 8 | *σῶμα* Laertii P, *α* eras. P[2].

---

239. In Linum.

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν ἐϋστεφάνου.

Laert. Diog. prooem. 4: *τὸν δὲ Λίνον τελευτῆσαι ἐν Εὐβοίᾳ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος· καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι· ὧδε κτλ.* Anth. Pal. VII 616: *ὁμοίως* Cm[c] | *εἰς Λῖνον τὸν υἱὸν μούσης τῆς Οὐρανίας* Lm[e]. Anth. Plan. (aut app.): *εἰς Λῖνον.*

v. 1. *ἥδε* Plan. et Laertii F ‖ **v. 2.** *ἐϋστέφανον* Laertii B vix recte, nam hoc adiectivum praecipue de mulieribus usurpatur.

---

240. In Linum.

Τὸν πολυθρήνητον Λίνον αἲ Λίνον ἥδε πατρῴα
Φοιβείοις βέλεσιν γῆ κατέχει φθίμενον.

Schol. Townl. in Il. Σ 570: *φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Θήβαις ταφῆναι καὶ τιμᾶσθαι ὑπὸ ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς. ἐπιγραφή ἐστιν ἐν*

Θήβαις· ὦ Λίνε κτλ. (= ep. n. 18). *ἄλλως· κρύπτω τὸν θεὸν ἄνδρα Λίνον μουσῶν θεράποντα* (= n. 248)· *τὸν πολυθρήνητον κτλ.* Hoc distichum ab antecedente hexametro (*κρύπτω κτλ.*) segregandum esse vidit Spitzner Hom. Il. I 4 p. 65.

v. 1. *αἴλινον* cod. et Schneidew. Eust. prooem. p. 48, *αἲ Λίνον* editiones || v. 2. *φοιβίοις* cod.

Ut in peplo saepius duo in eundem epitaphia feruntur, ita hic in Linum, unum ad Chalcidense (239), alterum ad Thebanum sepulcrum spectans. Cf. n. 18 et 248.

241. In Thaletem.

Τόνδε Θαλῆν Μίλητος Ἰὰς θρέψας᾽ ἀνέδειξεν,
ἀςτρολόγων πάντων πρεςβύτατον ςοφίῃ.

Laert. Diog. 1. 34: *τὰ δὲ γεγραμμένα ὑπ' αὐτοῦ φησὶ Λόβων ὁ Ἀργεῖος εἰς ἔπη τείνειν διακόσια· ἐπιγεγράφθαι δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τόδε· τόνδε κτλ.* Anth. Pal. VII 83: *εἰς Θαλῆν* Am^c. Idem lemma in Plan.

v. 1. *τῶδε* Laertii F | *θρέψας* F, *θρέψασα///* *ἔδειξεν* B || v. 2. *ἀστρόλογον* Laert., *ἀστρολόγων* Anth. Plan. et Pal., sed in hac *ων* a C, *ον*? (seu *ωι*) A^ar | *σοφίᾳ* Laertii P et B.

242. In Solonem.

Ἡ Μήδων ἄδικον παύςας᾽ ὕβριν ἥδε Cόλωνα
τόνδε τεκνοῖ Cαλαμὶς θεςμοθέτην ἱερόν.

Laert. Diog. 1. 62: *ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐπιγέγραπται τόδε· ἥδε κτλ.* Anth. Pal. VII 86: *εἰς Σόλωνα* Am^c (1) et post IX 595 (p. 458 codicis): *εἰς εἰκόνα Σόλωνος* B in textu (2).[1])

v. 1. *η* nullo spiritu Anth. Pal. 2 | *τὴν ἄδικον παύσασα////* (*παύσασαν* A^ar) *ὕβριν ποτὲ ἥδε Σόλωνα* Anth. Pal. 1: unde Iacobs: *τὴν Μήδων ἄδικον παύσασ' ὕβριν ἥδε Σ.* || v. 2. *τόνδε τ' ἔχει* Anth. Pal. 1, sed *ετ' ἔ* scripsit C in ras., *τὸν δὲ ἔχει*? A^ar: inde Iacobs *τόνδ' ἐπέχει* quod parum aptum est in statuae titulo. Ad *τεκνοῖ* cf. *θρέψασα* in ep. 241 et 243. | *σαλμὶς* Anth. Pal. 2.

Erat Salamine statua Solonis (Overbeck Schriftqu. 1395 sq.); sed ibi hoc distichum inscriptum non esse — quod putat Weishäupl Grabged. d. Anth. p. 45 — vel una vox *ἱερός* docet.

1) Falso Finsler Krit. Unters. z. Anth. p. 84 altero loco lemma exstare negat.

243. In Chilonem.

Τόνδε δοριστέφανος Σπάρτα Χείλων᾽ ἐφύτευσεν,
ὃς τῶν ἑπτὰ σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίᾳ.

Laert. Diog. 1. 73: *ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐπιγέγραπται τόδε· τόνδε κτλ.* Anth. Pal. IX 596: *εἰς εἰκόνα Χείλωνος* Bm[c].

v. 1. *δορυστέφανος* Laertii F; cf. *δοριθρασύς* Lobeck Phryn. p. 535 | *Χείλωνα φύτευσεν* Anth. Pal. et Laertii B ‖ v. 2. *σοφίῃ* Laertii F et P[2], *σοφίαι* rell. et Anth.

---

244. In Pittacum.

Οἰκείοις δακρύοις ἁ γειναμένα κατακλαίει
Πιττακὸν ἥδ᾽ ἱερὰ Λέσβος ἀποφθίμενον.

Laert. Diog. 1. 79: *καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπιγέγραπται τόδε· οἰκείοις κτλ.*

v. 1. *οἰκεῖοι////* (fuit *οἰκείοι////*) B | *δακρύοισιν* B et P[1] in marg., *δακρύοις* F et P[2] in lit., *δαπέδοις* Roeper Phil. 30, 573 | *ἁ γειναμένη* P, sed corr. *η* in *α* P[2], *ἡ γηναμένη* F, *λιγαίνομεν ἢ* B | *κατακλαίει* B (sed *αι* in ras.) et P ut ex vestigiis apparet, sed erasis *κλαί* subst. *θάπτ* P[2], *καταθάπτει* F; *κατακεύθει* Roeper ‖ v. 2. totum versum sic exhibet vulg. (F?): *ἐνθάδε Πίττακον ἥδ᾽ ἱερὰ Λέσβος.* Sed *ἐνθάδε* om. BP, rest. P[2]. *ἀποφθίμενον* Cobet ex insequenti Laertii vocabulo *ἀπόφθεγμα* optime restituit. Reicienda igitur quae alii temptavere: *ἐνθάδε Λέσβος υἱὸν, Πιττακὸν Ὑρραδίου* Menag., *ἥδ᾽ ἱερὰ Λέσβος Πιττακὸν Ὑρράδιον* Welcker zur Syll. p. 70, *Πιττακὸν Ὑρραδίου Λέσβος ἀποφθίμενον* Roeper.

---

245. In Biantem.

Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει
ἥδε Βίαντα πέτρη, κόσμον Ἴωσι μέγαν.

Laert. Diog. 1. 85: *καὶ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν ἡ πόλις καὶ ἐπέγραψεν· κλεινοῖς κτλ.* Anth. Pal. VII 90: *εἰς Βίαντα* Am[c]. Idem lemma in Plan.

v. 1. *κλεινῆς* Laertii P et F | *δαπέδοις πρηήνης* Anth. Pal. ‖ v. 2. *πέτρα* Laert., *πάτρη* Schneidewin Philol. 1, 21 et Roeper ibidem 30, 575.

---

246. In Cleobulum.

Ἄνδρα σοφὸν Κλεόβουλον ἀποφθίμενον καταπενθεῖ
ἥδε πάτρα Λίνδος πόντῳ ἀγαλλομένη.

Laert. Diog. 1. 93: *ἐτελεύτησε δὲ γηραιός, ἔτη βιοὺς ο΄· καὶ αὐτῷ ἐπεγράφη· ἄνδρα κτλ.* Anth. Pal. VII 618: *ὁμοίως* C | *εἰς Κλεόβουλον τὸν Λίνδιον* Lm[c].

v. 1. *ἀποφθινόμενον* Laert. F, *ἀποφθιμένου* Anth. Pal. A[ac], corr. C | *καταπένθει* Anth. A[ac], *κατὰ πενθεῖ* C ut solet; *κατακεύθει* Roeper.

247. In Periandrum.

Πλούτου καὶ cοφίας πρύτανιν πατρὶς ἥδε Κόρινθος
κόλποις ἀγχίαλος γῆ Περίανδρον ἔχει.

Laert. Diog. 1. 96 sq.: *Κορίνθιοι δὲ ἐπί τι κενοτάφιον ἐπέγραψαν αὐτῷ τόδε· πλούτου κτλ.* Anth. Pal. VII 619: *ὁμοίως* C | *εἰς Περίανδρον τὸν Κορίνθιον* Lm[e].

v. 1. *σοφίης* Laertii F ut vid. et P^2 ‖ v. 2. *ἀγχιάλοις* auct. (nisi quod Laertii B hoc ex *ἀγχίλλοις* correxit); *ἀγχίαλος* Iacobs; cf. Kaibel 30, 3 *ἀγχιάλου Σαλαμῖνος*; *ἀμφιάλοις* Roeper Philol. 3, 45, qui quod dicit *κόλποις* epitheto carere non posse, afferre licet Kaibel 56, 88, Aristot. pepl. 63, huius syll. n. 12, alia.

238—247. Haec decem disticha non esse inscriptiones et ex multis aliis sequitur et inde quod nemo non videt omnia eadem in incude esse tornata: in omnibus enim subiecti locum significatio patriae, obiecti nomen hominis obtinet (Hiller Rh. M. 33, 521). Quis fuerit poeta, nescimus, sed verisimilis est Benndorfi coniectura (de anth. epigr. p. 34, cf. Hiller l. l. p. 518 sqq.) Lobonem Argivum, mendacissimum illum biographum, quem Laertius sibi auctorem epigrammatis 241 esse dicit, non modo tradidisse, sed etiam effinxisse omnia epitaphia. Certe a poeta non meliore facta sunt quam pepli Aristotelii epigrammata, cui Schneidewin Philol. I p. 43 n. 1 et 2 inserere voluit.

248. In Linum.

Κρύπτω τὸν θεὸν ἄνδρα Λίνον, Μουcῶν θεράποντα.
— — — — — — — — — —

Schol. Townl. in Iliad. Σ 570. Locum exscripsi ad n. 240.

κρύπτω] cf. n. 258 | *ἔνθεον* olim Schneidewin; at conf. Gött. Anz. 1836 p. 1925. Hecker[1] 379 sq. affert Nonn. paraphr. 1, 19 et 157 *θεὸς ἀνήρ* (de Christo; de eodem Gregor. Naz. III 1073 A *ἄνθρωπος θεός*); sed aptius conferas Hes. opp. 141 *μάκαρες θνητοί*, Isocr. Euag. 72 *δαίμων θνητός*, Rhes. 971 *ἀνθρωποδαίμων* (Rohde Psyche 94 sq.). Soph. Phil. 726 *ἀνὴρ θεός* est Nauckii coniectura.

Pars epitaphii in Linum Lobonis more confecti.

249. In Hesiodum. [Pindari.]

Χαῖρε, δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

App. prov. 4. 92 (Bodl. et Vatic.): *τὸ Ἡσιόδειον γῆρας· Ἀριστοτέλης* (fr. 565 R[5]) *ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· χαῖρε κτλ. παρόσον τό τε γῆρας ὑπερέβη* (Rose; *ἀπέβη* codd.) *καὶ δὶς ἐτάφη.* Suidas s. v.

Ἡσιόδειον γῆρας· . . . φέρεται καὶ Πινδάρου ἐπίγραμμα τοιοῦτο· χαῖρε κτλ. Tzetz. vit. Hesiod. p. 49 West. post ep. n. 19 pergit: *ἐπέγραψε δὲ καὶ Πίνδαρος· χαῖρε κτλ.*

v. 1. *τάφον* Bodl. et Vat., *τάφων* Suid. codd. ABE | *ἀντιοώσας* Erasm. Adag. 2. 7. 61 fortasse ex illa proverbiorum collectione quae nunc perdita tum etiam exstabat ‖ v. 2. *ἀνθρώποις*] = *ἐν ἀνθρ.*, cf. tit. in B. di corr. arch. 1882 p. 102; *ἀμβροσίης* Iacobs an. 6. 277, *ἀνδρομέης* Boissonade ed. Eunap. p. 253 | *μέτρον ἔχον* Suid. cod. BV, *μέτρα χέων* cod. quidam Voss., quem teste Cougny Graevius attulit in lect. Hesiod. VII p. 34, idem coniecit Brunck. Flach affert epigr. tabulae Iliacae K. n. 1093 . . *ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίης*, cf. K. 442 *ἄκρον ἔχων σοφίης*.

Constabat apud veteres bis sepultum esse Hesiodum et Oenoae prope Naupactum et Orchomeni (cf. supra n. 19, Paus. 9. 38, 3, Tzetz. vit. Hesiod l. l., Certam. v. 220 sqq.). Inde huius distichi auctor non ita lepide finxit etiam bis vixisse ideoque *δὶς ἡβῆσαι* poetam.[1]) Inscriptum autem esse epigramma in Hesiodi sepulcro una cum titulo n. 19, id quidem neque Suidas neque codices Bodleianus aut Vaticanus tradunt, sed solus tradit Tzetzes, quem sequuntur Hulleman (Bedenkingen tegen de echtheid van den zoogenamden Peplos van Ar. p. 21 not.) et Bergk PL. I[4] p. 479 (idem antea dubitaverat gr. Liter. I p. 923). At Tzetzes, auctor fide indignissimus, deceptus esse videtur vocabulo *χαῖρε*, quod etsi persaepe in epitaphiis lapidariis occurrit, tamen inde inscriptos fuisse versus minime sequitur.

Pindarum fuisse distichi poetam falso iactant idem Tzetzes et Suidas. Etenim mortuos in epigrammatis voce *χαῖρε* salutari quarti et insequentium saeculorum est mos, non Pindari aetatis.[2]) Cui adscriptum est utpote Boeoto, veluti alterum in Hesiodum epigramma n. 19 Chersiae Orchomenio. Cf. proll. § 11.

---

250. In Thaletem.

Ἦ ὀλίγον τόδε cᾶμα — τὸ δὲ κλέος οὐρανόμακες —
τῶ πολυφροντίcτω τοῦτο Θάλητος ὁρῆc.

1) Paroemiographi quidem his verbis proverbium illud *Ἡσιόδειον γῆρας* explicare conantur iisque mire sane putant significari Hesiodum ad tantam senectutem venisse ut alteram quasi iuventutem vixisse putandus esset. Sed recte, opinor, Goettling-Flach in ed. Hes. (1878) p. XVI dicunt proverbiale illud dictum non hoc epigrammate explicandum esse, sed fragmento 163 (= 203 Rz.).

2) Quinti saeculi nullum inveni titulum sepulcralem, in quo exstet haec mortui appellatio (de *χαῖρε* in titulis Atticis egerunt Gutscher die att. Grabschr. (I p. 24, II p. 13) et Loch de titulis graecis sepulcral. p. 33). Simonideum enim 108 Bgk. a Kaibelio recte ob alias causas adulterinum iudicatur. Unum epigr. h. syll. n. 140 dedicatorium inferioris aetatis usum quasi praenuntiat. — Quae Rathgeber Androklos p. 100 not. 361 de hoc epitaphio hariolatur, refellere non tanti est.

Laert. Diog. 1. 39: *καὶ αὐτοῦ* (sc. *Θάλητος*) *ἐπιγέγραπται τῷ μνήματι· ἦ ὀλίγον κτλ.* Anth. Pal. VII 84: *εἰς τὸν αὐτὸν* Am[c]. Anth. Plan.: *εἰς τὸν αὐτόν.*

v. 1. *ἦ ὀλίγον* Laertii P, *ἦ ῥ' ὀλίγον* Plan., *ἦ λιτὸν* Schmidt Stud. z. d. gr. Trag. III p. 120 ut hiatus vitetur coll. Anth. Pal. VII 591, 3 aliisque locis | *τόδε*] *τῶδε* Laertii F, *γε τὸ* Steph. in ed. Anth. | *σῆμα* Anth. Pal. et Plan., Laertii F, *η* in lit. P[2], *σῶμα* B, *σᾶμα* Steph. Brunck | *οὐρανόμηκες* Anth. Pal. et Plan. et Laert. F, *οὐρανόμακες* eiusdem PB, quod iam Iacobs proposuerat. Cf. ep. n. 140, 3. || v. 2. *τῶι δὲ πολυφροντίστωι* Laertii BF, *τῶ πολυφροντίστω*, *π* in lit. duarum litt. (ergo *δὲ* deletum) P[2], *τοῦ πολυφροντίστου* Anth. Pal., *τοῦ πολυφροντίστου* Plan., *τοῦ πολυφροντίστα* Hübner in append. crit. | *τούτω* Laertii F, *τοῦδε* Plan. | *ὅρη* Anth. Pal. et Plan. et Laert. P, sed erasum *η*, *ὅρει* P[2]F, *ορη* eiusdem B; *ὅρης* Casaub., *ὁρῆς* Cobet, *ὅρης* aeolismo poetam usum esse putat Roeper Zeitschr. f. Altertumsw. 1852 p. 452.

Et alia et ipsa dialectus docent epigramma in Milesii Thaletis sepulcro insculptum non fuisse.

251. In Pherecydem.

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος· ἢν δέ τι ⟨πάσχω⟩,
Πυθαγόρῃ τὠμῷ λέγε ταῦθ᾽ ὅτι πρῶτος ἁπάντων
ἐστὶν ἀν᾽ Ἑλλάδα γῆν· οὐ ψεύδομαι ὧδ᾽ ἀγορεύων.

Laert. Diog. 1. 120: *σώζεται δὲ καὶ ἡλιοτρόπιον* (sc. *Φερεκύδους*) *ἐν Σύρῳ τῇ νήσῳ. Φησὶ δὲ Δοῦρις* (fr. 51 M.) *ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ὥρων* (Cobet, *ἱερῶν* codd.) *ἐπιγεγράφθαι αὐτῷ τὸ ἐπίγραμμα τόδε· τῆς — ἀγορεύων.* Ex Laertio (cf. Weishäupl d. Grabged. d. Anth. p. 48) Anth. Pal. VII 93: *εἰς Φερεκύδην* A | *τὸν Σύριον φιλόσοφον* Lm[c]: *τῆς — ἀγορεύων.*

v. 1. *σοφίας* F | *ἢν δέ τι πλεῖον* Anth. et Laertii PB, *ἢν δέ τι πλεῖστον* F, *ἢν δ' ἔτι πλεῖον* Menag., *ἢν δέ τι πάσχω* Cobet || v. 2. *ἁπαντῶν* Laertii B || v. 3. *ἔστιν* Laert. | *ἐς* Anth. Pal. A, *ἂν* suprascr. C.

Falluntur et Cephalas qui inter sepulcralia inseruit epigramma et ei qui verba Laertii *ἐπιγεγράφθαι αὐτῷ* ad solarium modo commemoratum pertinere putant. Neque magis Goettling (de Pherecydis Syrii epigrammate progr. Ien. 1851) audiendus est qui *αὐτῷ* pro *ὑπ' αὐτοῦ* hoc loco dictum esse ratus ad calcem heptamychi a philosopho adscriptum esse epigramma mire contendit. Immo hoc voluit Duris in Pherecydem esse scriptos versus: quos attulit ni fallor Samiorum tyrannus, ut Pythagoram civem hoc vaticinio laudibus efferret; cf. n. 108.

252. In Anaxagoram.

Ἐνθάδε πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
οὐρανίου κόσμου κεῖται Ἀναξαγόρας.

Aelian. V. H. 8. 19: *ὅτι τοῦτο ἐπιγέγραπται Ἀναξαγόρᾳ· ἐνθάδε κτλ.* Laert. Diog. 2. 15: *τελευτήσαντα δὴ αὐτὸν ἔθαψαν ἐντίμως οἱ Λαμψακηνοὶ καὶ ἐπέγραψαν· ἐνθάδε κτλ.* Anth. Pal. VII 94: *εἰς Ἀναξαγόραν* A | *τὸν Κλαζομένιον* Lm[c]: *ἐνθάδε κτλ.*

v. 1. *ἐνθάδ' ὁ* Aelian. | *τέρμα τα* Anth. Pal., cf. Kaibel EG. 501, 5 *ἐπὶ τέρμα πέρησε* ‖ v. 2. *οὐν̄ίουσ* Laertii F.

Ne hoc epigramma genuinum Anaxagorae sepulcri titulum existimem, moveor et reliquis apud Laertium in vetustiores philosophos epitaphiis, quae adulterina sunt, et quod philosophi tantum magnitudo illustratur, de homine autem i. e. quis fuerit pater, quae patria (neque enim in patria urbe sepultus est), nihil commemoratur a versuum auctore.

253. In Timocreontem. Simonidis (169 Bgk.).

Πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
ἀνθρώπους κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Athen. 10. 415F: *καὶ Τιμοκρέων δ' ὁ Ῥόδιος ποιητὴς καὶ ἀθλητὴς πένταθλος ἄδην ἔφαγε καὶ ἔπιεν ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ· πολλὰ κτλ.* Anth. Pal. VII 348: *Σιμωνίδου τοῦ Κήου* Cm[e] | *εἰς Τιμοκρέοντα τὸν Ῥόδιον, οὗτινος τὴν γνώμην πᾶσαν καὶ τὴν συνήθειαν* (?)[1]) *εἶχεν ὁ θεῖός μου.* Anth. Plan. (aut. app.): *Σιμωνίδου.*

v. 1. *πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν* Ath. et Anth. P.; Planudeae lectionem recte secutus est Bergk, cf. Anth. P. VII 349 *βαιὰ φαγὼν καὶ βαιὰ πιὼν* et oraculum ap. schol. Aristoph. eqq. 1010 et Aristid. III p. 341 D (= Anth. App. Didot. VI 246): *πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν.* ‖ v. 2. *ἀνθρώποις* Anth. Pal.

Et alia (n. 260, 266) et hoc distichum Athenaeus falso titulum sepulcralem fuisse putat; immo irrisit Timocreontem poeta, quem Simonidem fuisse tradit Corrector Palatinae. Huic etsi soli non magnam fidem nobis habere licet, tamen eidem auctori epigramma tribuitur a Planude: quem consensum non plane neglegendum esse recte animadvertit Finsler Krit. Stud. z. Anth. 134 sq. Qua de re Kirchhoffio assentiri non possum epigramma Simonidi abroganti

1) „Post *συν* in ultima marginis ora duae litterae scriptae erant, altera erat certe *θ*, prior fort. *η*." Stadtmueller.

(Hermes XI 46, 1), cum eius nomen propter inimicitias quas inter poetas fuisse tradunt, a Correctore additum esse perhibeat. Quem contra A. Bauer Themistokles p. 12 (cf. etiam Mohr Qu. des plut. u. nepot. Themistocles p. 26) recte contendit inimicos fuisse poetas ex epigrammate demum conclusum esse posse. Certe Simonidi maiore cum iure attribuemus quam cui adscribere vult Kirchhoff, Posidippo; absurdaque est eorum sententia qui omnino quinto saeculo derisoria epigrammata scripta esse negant.

---

254. In Simonidem.

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Ϲιμωνίδη, ἤραο νίκαϲ
  καὶ τρίποδαϲ· θνήϲκειϲ δ' ἐν Ϲικελῷ πεδίῳ.
Κείοιϲ δὲ μνήμην λείπειϲ, Ἕλληϲι δ' ἔπαινον
  εὐξυνέτου ψυχῆϲ ϲῆϲ ἐπιγεινομένοιϲ.

Tzetz. chil. 1. 634: *οὗτος ὁ Σιμωνίδης μὲν ἐν Σικελίᾳ θνήσκει· | ἐπίγραμμα δὲ γέγραπται τόδε τῷ τάφῳ τούτου· | ἓξ κτλ.*

v. 3. *Κείῳ* cod., correxi.

Schneidewin (ed. Sim. p. XXIII, cf. Welcker A. Denkm. 5, 167 et Duebner ad Anth. VI 213) genuinum putat esse epitaphium. Quem contra Bergk PL. III[4] p. 495* recte Callimachi fr. 71 attulit: *οὐδὲ τὸ γράμμα | ᾐδέσθη τὸ λέγον μ' υἷα Λεωπρέπεος | κεῖσθαι Κήϊον ἄνδρα.* Unde verus sepulcri titulus erui potest. Versus autem a Tzetze traditos male ex epigrammate Simonideo (?) 145 expressos esse idem Bergk probabiliter contendit.

---

255. 256. In ignotum hominem a latronibus necatum. [Simonidis. (128. 129 Bgk.).]

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντεϲ ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
  Ζεῦ ξένι', οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντεϲ ὄναιντο βίου.

Οὗτοϲ ὁ τοῦ Κείοιο Ϲιμωνίδεω ἐϲτὶ ϲαωτήρ,
  ὃϲ καὶ τεθνηὼϲ ζῶντ' ἀπέδωκε χάριν.

Anth. Pal. VII 516: *τοῦ αὐτοῦ* (i. e. Simonidis) Cm[c] | *εἴς τινα ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεθέντα* Lm[c]: *οἱ μὲν — βίου.* Anth. Plan.: *Σιμωνίδου· οἱ μὲν — βίου.* Anth. Pal. VII 77: *εἰς Σιμωνίδην Σιμωνίδου* Am[c]: *οὗτος κτλ.* Ibidem in margine scholion a C scriptum: *Σιμωνίδης εὑρὼν νεκρὸν ἐν νήσῳ τινὶ θάψας ἐπέγραψεν· οἱ μὲν — βίου. ὁ ταφεὶς νεκρὸς ἐπιφανεὶς Σιμωνίδῃ ἐκώλυσε πλεῖν· διὸ τῶν συμπλεόντων μὴ πεισθέντων, αὐτὸς μείνας σῴζεται καὶ ἐπιγράφει τόδε τὸ ἐλεγεῖον τῷ τάφῳ· οὗτος — χάριν.* Eodem auctore usus est (cf. Hiller Philol. 48 (N. F. 2) p. 230) Schol. Aristid. p. 201 Frommel

(III 533 Dind.): *πλέων Σιμωνίδης προσέσχε τινὶ τόπῳ καὶ λείψανον εὑρὼν κοσμήσας ἔθαψε καὶ κοιμηθέντι παρέστη τοῦ λειψάνου τὸ εἴδωλον . . . καὶ ἐπὶ τούτῳ τιμᾷ Σιμωνίδης αὐτὸν ἐπιγράμματι· οὗτος — χάριν.* Tzetz. chil. I. 24. 632: eandem historiam ex schol. Arist. desumptam (non ex Aristide ipso, quem laudat) narrans his verbis alterum affert epigr.: *εὐχάριστον δ' ἐπίγραμμα γράψας ὁ Σιμωνίδης | τῇ στήλῃ παρενέγραψε νεκροῦ τοῦ σεσωκότος· | οὗτος — χάριν.* Unde recte Bergkius conclusit etiam alterum epigramma Tzetzae notum fuisse. Respicit Libanius IV p. 1101 R: ... *Σιμωνίδης δὲ στεφάνους τῇ στήλῃ περιέθηκε καὶ ἐναγίσας τῷ νεκρῷ σωτῆρα αὐτοῦ τὸν κείμενον ἐκήρυξεν ἐπιγράμματι· καὶ τοῦτο ἡ στήλη δείκνυσιν.* Tzetz. in Lycophr. 805 (p. 794 Muell.)[1]): *ὡς νεκρὸς ἐκεῖνος, ὁ σωτὴρ Σιμωνίδου, καὶ νῦν αὕτη* (sc. *Κίρκη*) *τῷ Ὀδυσσεῖ τεθνηκυῖα χάριτας παρέχει.*

255. v. 2. nota doricam formam *γᾶν* | *βίον* Anth. Pal. VII 516, *βίου* Corr. in schol. et rell.

256. v. 1. *τοῦ* om. schol. Arist. | *Κείου* vel *Κίου* schol. Arist. Tzetz. | *Σιμωνίδου* Anth. Pal. || v. 2. *τεθνηιώς* Anth. P. in t, *τεθνειώς* Corrector Anth. in scholio et Tzetz. | *ζῶντι παρέσχε* schol. Arist. et Tzetz. ex coniectura opinor: quam sequuntur Schneidewin et Hecker[1] 38.

Valerius Maximus tradit 1, 7 ext. 3 Simonidem memorem beneficii, quo ipse a mortuo quondam affectus erat, elegantissimo carmine aeternitati illud consecrasse, melius et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituentem quam in desertis et ignotis harenis struxisset. Quod elegantissimum carmen intellegi carmen lyricum recte vidit Schneidewin Sim. rell. 172. Eo igitur poeta se quondam a mortuo servatum esse narraverat, sive id revera factum sive ab ipso fictum erat (cf. Cic. de divin. 1. 56, 2. 134). Epigrammata autem, quae veteres tradunt, a Simonide esse insculpta ne Bergk quidem post Iunghahni (de Sim. epigr. p. 15—17) et Kaibeli (ann. phil. 105, 795 sq.) argumenta, quae repetere superfluum est, contendit, sed censet „prius epitaphium poetam inter comites iecisse, postea cum fama de somnio Simonidis pervagata esset, in memoriam rei pilam erigentes non solum nobile illud epigramma (*οἱ μὲν κτλ.*) inscripsisse, sed praeterea alterum distichum (*οὗτος κτλ.* ab alio homine factum) addidisse.“ Quae nihil est nisi levis coniectura neque ea probabilis. Certe nomen Simonidis testimoniis nititur auctorum fide indignorum. Immo videtur inferiore aetate aliquis elegantissimi Simonidis carminis memor haec duo epigrammata fecisse, quae nunquam cippo insculpta erant.

---

1) Quem locum novi ex nota manuscr. Welckeri, quam suo Simonidis Schneidewiniani exemplari nunc Bonnae asservato adscripsit.

257. In Aeschylum.

Αἰετοῦ ἐξ ὀνύχων βρέγμα τυπεὶς ἔθανεν.

Vit. Aeschyl. 91 West. (p. 381 Kirchh.): *ἐπιγέγραπται τῷ τάφῳ αὐτοῦ· αἰετοῦ κτλ.* [Cod. Par. 2789 s. XVI et Matrit. 47 a Westermannio laudati sunt recentissimi neque, quod ex eius verbis facile credas, solum epigramma, sed totam vitam exhibent.]

ἔθανεν Mediceus, *ἔθανον* codd. recc.

Respicit versus ad notam illam de Aeschyli morte fabulam, de qua egit E. Rohde in Fleckeiseni annalibus 121, 22 sqq. Videtur igitur fragmentum esse recentioris alicuius in poetam epigrammatis, etsi concedo potuisse aliquem hunc solum pentametrum effinxisse. De epigrammatis quae ex uno pentametro constant vide Allen greek versification in inscr. p. 43.

258. In Sophoclem. Lobonis.

Κρύπτω τῷδε τάφῳ Σοφοκλῆ πρωτεῖα λαβόντα
τῆς τραγικῆς τέχνης, σῶμα τὸ σεμνότατον.

Vita Soph. p. 131 ed. West., v. 84 Iahn in ed. Electr.: *Λόβων δέ φησιν ἐπιγεγράφθαι τῷ τάφῳ αὐτοῦ τόδε· κρύπτω κτλ.* (*Λόβων* Bergk, *λαβὼν* codd.; *Πολέμων δέ φησιν* Westermann, *Ἰοφῶν δέ φασιν ἐπέγραψε* idem; *Ἰοφῶν δέ, φησὶν* * *, *ἐπέγραψε* Leutsch Philol. 1, 132. Reliqua vide apud Iahnium.)

v. 1. *τῷδε τῷ τάφῳ* Gac | *Σοφοκλῆ* P, *σοφοκλεῖ* G, *σοφοκλέα* M, *σοφοκλῆα* V, *σοφοκλῆν* alterius classis codices ‖ **v. 2.** *τῇ τραγικῇ τέχνῃ* P, *ἐν τῇ τραγικῇ τέχνῃ* MG alteraque classis, *ἐν τραγικῇ τέχνῃ* V; *τῆς τραγικῆς τέχνης* Bergk | *σχῆμα* codd., correxi coll. ep. n. 238. Etenim quid *σχῆμα* velit ignoro. Relaturo ad personam loquentem, ut sit appositio subiecti, obstare videtur quod siren aliudve animal se ipsum statuam appellare non potest nisi notione personificationis quam dicunt perturbata. Aliam autem vim vox cum subiecto coniuncta hic habere nequit (*σχῆμα* = statua Kaib. 955, 874a). Neque magis probabile est quod Bergk et alii censuerunt *σχῆμα* obiecti (*Σοφοκλῆ*) esse appositionem et coniungendum esse cum vocab. *τῆς τραγ. τέχνης* aut alio genetivo (velut *πατρίδος ἀρχαίης*), qui uno vel duobus distichis deperditis noniam exstaret. Valde enim incertum est, num *σχῆμα* decus significare possit.

Bergk in Vitae textu corruptum illud *λαβὼν* correxit in *Λόβων*, qua emendatione auctor biographi fit Lobo Argivus, homo mendacissimus qui non pauca epitaphia in Laertii Diogenis libro primo servata effinxit (cf. ad ep. n. 247). Quam emendationem certissimam esse duco propter similitudinem, quae intercedit inter illa et Sophoclis epitaphium. Hoc igitur non minus quam illa a Lobone ipso

conditum esse recte censet Bergk.[1]) Etenim quinto saeculo insculptum non esse epigramma aliud quoque probat, accusativum dico Σοφοκλῆ minime atticum.[2]) Nihil igitur moveor ea re quod Bergk postea suam ipse coniecturam reiecit (PL. II⁴ 285) et Westermanni Ἰοφῶν δέ, φασὶν, ἐπέγραψε probavit.[3]) Quam ad sententiam adductus est hoc Valerii Maximi loco (8. 7 ext. 12): *Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne ille mirifica opera sua exhibendo quam illa eius tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto; qua sola fabula omnium eiusdem studii praeripere gloriam potuit; idque ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulcro patris quae rettuli insculpendo.* Ego ut concedam certa atque explorata tradere Valerium, tamen distichum a biographo traditum primordium Iophontis epitaphii esse propter dialectum praefracte nego. Immo de duobus agitur epigrammatis: quorum unum, quod a biographo traditur, adulterinum est et ni fallor a Lobone fictum, alterum, quod novit Valerius, Iophonti adscribebatur a veteribus, quod haud scio an et ipsum demonstrativi generis fuerit.

---

259. In Euripidem. [Thucydidis vel Timothei.]

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα δ' ἴσχει
  γῆ Μακεδών· τῇ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλάς, Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ Μούσαις
  τέρψας ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Vita Eurip. 1, 35 West.: *κενοτάφιον δ' αὐτοῦ ἐν Ἀθήνησιν ἐγένετο καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο Θουκυδίδου τοῦ ἱστοριογράφου ποιήσαντος ἢ Τιμοθέου τοῦ μελοποιοῦ· μνῆμα κτλ.* Thom. Mag. Vita Eur. 38 West.: *κενοτάφιον δ' αὐτοῦ Ἀθήνησι γέγονεν, ἐφ' οὗ ἐπέγραψε Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς τάδε· μνῆμα κτλ.* Anth. Pal. VII 45: *εἰς τὸν αὐτὸν* A | *Θουκυδίδου τοῦ ἱστορικοῦ* Cmᵉ. Anth. Plan.: *εἰς αὐτόν.* Anthologiam respicit Athen. 5 p. 187 D: *τὴν Ἀθηναίων πόλιν . . ὁ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἔφη, Θουκυδίδης δὲ ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι Ἑλλάδος Ἑλλάδα*: quae exscripsit Eustath. Il. p. 284, 6.

---

1) Legitimum Sophoclis monumenti titulum esse putant Welcker Rh. M. N. F. 6 p. 104 sq. et Nauck in ed. Soph. Aiantis⁸ (Berl. 1882) p. 19.

2) Meisterhans² p. 105 docuit, accusativum syllaba -κλῆ terminatum nusquam exstare in Atticis titulis, -κλῆν inde a tertio saeculo, ante hoc tempus solam formam -κλέα inveniri.

3) Huic Bergkii sententiae accessit Flach Gesch. d. gr. Lyr. II 432 not. 1.

v. 1. *μνᾶμα* Anth. P. et Pl. | *ἅπασα* Vitae cod. H(auniensis) ‖ v. 2. *Μακεδόνων* Vit. | *ἢ γὰρ* Anth. P. (sic A[ac], *ἦ γὰρ* C[pc]), *ἡ γὰρ* Plan. (et Elmsley), *ὕπερ* vel *ᾗ που περ* vel *ᾗ περ* codd. vit. (haec lectio probatur Osanno et Schmidtio Studien z. d. gr. Tr. III p. 115), *ἥπερ* Thom. cod. Mon.; *τῇ γὰρ* Iacobs | *τέρμα βίου δέχεσθαι* = *τελευτᾶν* ut Simon. fr. 107, 2 Bgk. *μοῖραν θανάτου δέχεσθαι*, Anth. Pal. 15, 30, 6 *ἔδεκτο τέλος* et, quae attulit Schmidt l. l., Pind. Isthm. 6. 15, Anth. 7. 741, 8; cf. Simon. 172 *παῖδα νυκτὸς* i. e. *ὕπνον δέχεσθαι* ‖ v. 3. *μούσας* Plan. Thom. Vita nisi quod huius cod. Paris. *πολλὰ δὲ γράψας μούσαις ἐκ πλείστων*. *Μούσαις τέρπειν* ut *τάφον Πιερίσι τιμᾶν* Kaib. EG. 310, 7 ‖ v. 4. *ἐκ πολλῶν*] i. e. unus de multis: cf. *ἐκ πάντων* in ep. 8 et 11; *εἷς πάντων* vel *εἷς γε πόνων πλεῖστον ἔπαινον* Schmidt l. l., sed idem Platonis epitaphii (n. 11) memor proponit *ἐκ πολλῶν κλειτὸν*. Cf. epigr. in Bull. CH 1883 p. 138: *οὗτοι τάφον ἐξετέλεσσαν, τέσσαρες ἐκ πολλῶν*.

Pausanias tradit 1. 2. 2 in via, quae ducit a Phalero ad portam Itoniam esse *μνῆμα Εὐριπίδου κενόν* (cf. Ross Arch. Aufs. I p. 17). In quo cenotaphio hoc epigramma insculptum esse contendit biographus, sed falso contendit. Cum enim ex versibus ne hoc quidem videre possimus utrum in Macedonia an in Attica monumentum positum sit neque ex eis eluceat cassum fuisse sepulcrum, facile apparet nunquam eos lapidi insculptos esse, sed demonstrativi esse generis: cf. Wilamowitz Hermes 12 p. 358 not. 44.

Poeta autem Timotheus fuerit an Thucydides historicus[1]) dubitabant veteres; illum fuisse demonstrare conatur Osann (Zimmermanns Allg. Schulz. 1828 II n. 15 et 1829 II p. 355), hunc putat Wilamowitz l. l. Neuter vero horum neque magis alter Thucydides Acherdusio pago adscriptus, quem esse voluerunt Bergk PL. II[4] 267 et Unger ann. phil. 1886 p. 103, auctor epigrammatis est, neque ullus ex Euripidis aequalibus: a qua aetate totus sermonis color abhorret (*Ἑλλάδος Ἑλλὰς — Μοῦσαι*); factum esse videtur post Alexandri tempora. Cf. R. Schoell Hermes 13 p. 449 et proll. § 11.

260. In Thrasymachum.

Τοὔνομα θῆτα ῥῶ ἄλφα, σὰν ὖ μῦ ἄλφα χεῖ οὖ σάν,
πατρὶς Χαλκηδών· ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Athen. 10. 454 F: *Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανὸς ἐν τῷ περὶ ἐπιγραμμάτων ἐν Χαλκηδόνι φησὶν ἐπὶ τοῦ Θρασυμάχου σοφιστοῦ μνήματος ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐπίγραμμα· τοὔνομα κτλ.*

v. 1. *ὖμ ἄλφα χῖ* AC ‖ v. 2. an *Καλχηδών*, quam formam nummi exhibent?

Qualis fuerit Neoptolemi Pariani liber de epigrammatis, nesci-

1) Thucydides historicus poeta epigrammatis habebatur ob epitaphii sui locum 2. 43 *ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος*: Kaibel annot. ad EG. 500. Cf. etiam Kaibel ep. 1084 b *πατρίς μοι χθὼν πᾶσα* de Homero.

mus[1]); sed vix crediderim, id periegetae opus fuisse quale Polemonis *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων*: falso enim hoc de quo agimus epigramma pro Thrasymachi titulo sepulcrali vendidisse mihi videtur. Nam offendunt non tam in titulo Doricae civitatis formae Ionicae — quas facile possis mutare — neque mirus sane illis temporibus in nomine proprio lusus poeticus (cf. tit. Rom. aet. in Mitteil. d. arch. Inst. in Athen VII p. 256), quam quod Chalcedone in civis sepulcro patriam Chalcedonem addit poeta. Nempe hic erat illius aetatis mos ut patriam mortui non adscriberent nisi in sepulcro peregrini. Quo fit, ut putem epigramma a festivo poeta demonstrative esse conscriptum, Neoptolemum autem inscriptione quali *εἰς Θρασυμάχου μνῆμα* deceptum esse.

---

261. In Hipponem atheum.

Ἵππωνος τόδε cῆμα, τὸν ἀθανάτοιcι θεοῖcιν
ἶcον ἐποίηcεν μοῖρα καταφθίμενον.

Clem. Alex. protr. 48 (I col. 152 M): *ὁ Ἵππων γὰρ οὗτος ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσεν τῷ μνήματι τῷ ἑαυτοῦ τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Ἵππωνος — καταφθίμενον. εὖ γε, Ἵππων, ἐπιδεικνύεις ἡμῖν τὴν ἀνθρωπίνην πλάνην· εἰ γὰρ καὶ λαλοῦντί σοι μὴ πεπιστεύκασι, νεκροῦ γενέσθωσαν μαθηταί· χρησμὸς οὗτός ἐστιν Ἵππωνος· νοήσωμεν αὐτόν.* Alex. Aphr. in metaph. Aristot. I 3 p. 534 Bk: *τοῦτο δὲ λέγοι ἂν περὶ αὐτοῦ ὅτι ἄθεος ἦν· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα· Ἵππωνος κτλ.* Cod. bibl. patr. Paris. n. 1773: *ἐπίγραμμα εἰς τάφον Ἵππωνος* (teste Cougny II 30).

Optime van den Brink in Variis lectionibus ex historia philosophiae antiquae (1842) p. 27 statuit hoc epigramma irrisorium esse. Cum enim Hipponem negasse deos inter omnes constaret, argute significare poetam: his diis morte similem factum esse Hipponem i. e. nullum esse. Utrum autem philosophus ipse fuerit distichi auctor an alius philosophi *ἀθεότητα* ridens, ille quidem discernere ausus non est. Atque ab Hippone ipso factum et post eius mortem sepulcro inscriptum esse censent Hartung gr. Eleg. I 327 et Uhrig de Hippone atheo (Giessen 1848) p. 9; quos contra assentior Bergkio PL. II⁴ 259[2])

---

1) Meineke anal. Alexandr. p. 360 ex eodem libro censet sumptum esse carmen ap. Stob. flor. 120, 5: quod incertum est. — Ceterum omnes quod sciam recentiores grammatici distichum inscriptionem esse Neoptolemo credunt: C. Fr. Hermann de Thrasymacho p. 10, Bergk PL. II⁴ 379, Ohlert Rätsel und Gesellschaftsspiele der Griechen p. 108.

2) Idem antea in rell. comoediae Atticae (1838) p. 168 genuinam inscriptionem iudicaverat.

demonstrativum esse epigramma inferioribusque temporibus ad ridendum Hipponem factum. Neque enim irrisorios versus a philosopho ipso sepulcro inscribi iussos esse verisimile est neque ut hi versus inscriberentur quinto saeculo fieri potuit propter unam vocem *μοῖρα*. Animadvertit enim Kaibel in indice Ep. gr. s. v. hanc vocem inferiore aetate creberrimam in titulis sexti et quinti saeculi nondum absolute positam esse.

262. In Platonem.

Τοὺϲ δύ' Ἀπόλλων φῦϲ' Ἀϲκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
τὸν μέν, ἵνα ψυχήν, τὸν δ', ἵνα ϲῶμα ϲάοι.

Olympiodor. vit. Plat. p. 388 ed. Westerm.: *ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ (Πλάτωνος) πολυτελῶς αὐτὸν ἔθαψαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ· τοὺς δύ' κτλ.* Laert. Diog. 3. 45 suis epigrammatis intexuit et tamquam ipsius fetum pronuntiavit[1]): *ἔστι καὶ ἡμέτερον εἰς αὐτόν· . . . καὶ ἄλλο, ὡς ἐτελεύτα·*

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
τὸν μέν, ἵνα ψυχήν, τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι.
δαισάμενος δὲ γάμον πόλιν ἤλυθεν, ἥν ποθ' ἑαυτῷ
ἔκτισε καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο.

v. 1. *δύο Ἀπόλλων* (om. *τοὺς*) cod. Vindob. n. 13 Olympiodori, v. Sternbach meletem. gr. I p. 125 sq., *Ἀπόλλων δύο* Menagius ‖ v. 2 ex Anthol. citat Suidas s. v. *Σάον*.

Certe hoc distichon in sepulcro Platonis non fuit insculptum, quippe cum ex eo ne id quidem colligere possimus, utrum Platonis an Asclepii sit *μνῆμα*. Atque quam leviter grammatici versus generi alicui litterarum adscripserint, videre possumus ex prolegomenis in Platonem p. 202, 3 ed. Herm., ubi idem sine dubio pentameter pro oraculo venit: *ἄλλος δὲ χρησμὸς ἐδόθη ὡς δύο παῖδες τεχθήσονται, Ἀπόλλωνος μὲν Ἀσκληπιός, Ἀρίστωνος δὲ Πλάτων· ὧν ὁ μὲν ἰατρὸς ἔσται σωμάτων, ὁ δὲ ψυχῶν.* Cf. etiam n. 278.

263. In Platonem.

α'. Αἰετέ, τίπτε βέβηκαϲ ὑπὲρ τάφον; ἢ τίνοϲ, εἰπέ,
ἀϲτερόεντα θεῶν οἶκον ἀποϲκοπέειϲ;
β'. Ψυχῆϲ εἰμι Πλάτωνοϲ ἀποπταμένηϲ ἐϲ Ὄλυμπον
εἰκών, ϲῶμα δὲ γῆ γηγενὲϲ Ἀτθὶϲ ἔχει.

1) Cf. Freudenthal hellenist. Studien 3 p. 304, Maass de biogr. gr. p. 73. Falso Zeller Gesch. d. gr. Phil. II, 1³ p. 379 not. contendit ab Olympiodoro demum, qui Laertii epigrammate abusus esset, distichon sepulcri titulum declaratum esse. — Ex Laertio venit in Anth. Pal. VII 109: *εἰς τὸν αὐτόν* Am^e, ubi v. 2 *σώματά οιι* vel *σώματά οιει* A^ac, corr. C

Laert. Diog. 3. 43: *ἐπεγράφη δ' αὐτοῦ τῷ τάφῳ ἐπιγράμματα τάδε· πρῶτον· σωφροσύνῃ κτλ.* (n. 11). *ἕτερον δὲ· σῶμα μὲν κτλ.* (cf. ad n. 12)· *ἄλλο δὲ νεώτερον· αἰετέ — ἔχει.* Anth. Pal. VII 62: *εἰς τὸν αὐτὸν νεώτερον* A. Plan.: *εἰς τὸν αὐτόν.*

v. 1. *τίνος* sc. *ὑπὲρ τάφου βεβηκώς*; alii supplent *ὤν*; fortasse *τίνος εἰκὼν* vel simile quid scribendum est ‖ v. 2. *ἀποσκοπεῖς* Laertii P, corr. P²; *ἀποσκοπέων* Brunck ‖ v. 3. *εἰς* Laertii P ‖ v. 4. *σῶμα δὲ γηγενὲς* (om. *γῇ*) Laertii BP, *σῶμα δὲ τοῦ γηγενὲς* Laert. F.

Versus sepulcro Platonis ne inferioribus quidem temporibus inscriptos esse ex Porphyrii testimonio, quod adscripsi ad ep. n. 11 et 12, sequitur. Hic enim eodem quo Laertius auctore usus hoc tertium epigramma ignorat, ut ille ex anthologio quodam addidisse videatur. Ceterum id ex poetae verbis colligere licet aquila Platonis cippum ornatum fuisse: cf. Weishäupl Grabged. d. gr. Anth. p. 75.[1])

---

264. In Timonem misanthropum.

Ἐνθάδ' ἀπορρίψας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·
τοὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Plut. Anton. 70: *τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ* (sc. *Τίμωνος*) *καὶ ταφέντος Ἁλῆσι παρὰ τὴν θάλασσαν ὤλισθε τὰ προὔχοντα τοῦ αἰγιαλοῦ· καὶ τὸ κῦμα περιελθὸν ἄβατον καὶ ἀπροσπέλαστον ἀνθρώπῳ πεποίηκε τὸν τάφον. ἦν δὲ ἐπιγεγραμμένον. ἐνθάδ' — ἀπόλοισθε. καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸν ἔτι ζῶντα πεποιηκέναι λέγουσι, τὸ δὲ περιφερόμενον Καλλιμάχειόν ἐστι· Τίμων μισάνθρωπος κτλ.* (A. P. VII 320. 3 et 4). Vita Platon. 2, 146 West.: . . *δυσκόλως ἔχων ἐς ἅπαντας, ὡς καὶ τὰ ἐπιγράμματα τοῦ τάφου αὐτοῦ δηλοῦσι . . . . εἰσὶ δὲ τὰ ἐπιγράμματα τάδε· ἐνθάδ' — ἀπόλοισθε. ἔστι δὲ δεύτερον τόδε· τήνδε σὺ τὴν στήλην κτλ.* (n. 265). Anth. Pal. VII 313: *εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον* Lmᵉ. Idem lemma in Plan.

v. 1. *ἀπὸρρίξας* Anth. Pal., sed gravem et in ras. *ξ* C, A scripserat *ἀπορρίστας*[2]); *ἀπορρήξας* Plan. Plut. Vit. *ἀπορρίψας* Casaubonus | *εἶμαι* Plutarchi cod. C ‖ v. 2. *οὔνομα* Anth. Pal. et Plan., *τίς δ' ὢν* Vit. | *πεύσοισθε* Anth. Pal.

V. ad insequens ep.

---

1) Epigramma quod Bergk II⁴ 330 ex ephem. epigr. 264 affert Romanae aetatis est et in alium Platonem videtur scriptum esse.

2) „A minime *ἀπὸρρίψας* scripserat: plane conspicua est adhuc littera *τ* et ne de *σ* quidem dubitare licebit: certe *ψ* a vestigiis pristinae lectionis prorsus alienum.“ Stadtmueller contra Sternbachium melet. gr. I p. 178.

265. In eundem Timonem.

Τήνδε cὺ τὴν cτήλην παραμείβεο μήτε με χαίρειν
εἰπὼν μήθ' ὅcτιc, μὴ τίνοc εἰρόμενοc·
ἢ μή, τὴν ἀνύειc, τελέcαιc ὁδόν· ἣν δὲ παρέλθῃc
cιγῇ, μηδ' οὕτωc, ἣν ἀνύειc, τελέcαιc.

Vita Platon. 2. 146 (vide ad ep. 264): *τήνδε — εἰρόμενος*. Anth. Pal. VII 316: *Λεωνίδα ἢ Ἀντιπάτρου* C: *τήνδε — τελέσαις*. Plan.: *εἰς αὐτόν*.

v. 1. *τὴν ἐπ' ἐμεῦ στήλην* Anth. Pal. et Pl. ‖ v. 2. *μὴθ' ὅστις* Anth. Pal., sed *θ* in ras. C, *μὴ δ' ὅστισ* A[ar] | *μ' ἢ τίνος* Hecker[2] 283 | *τίνος ἐξετάσας* Anth. Pal. (*η* scripsit C) ‖ v. 3 et 4. *τανύεις* pro *ἀνύεις* scribere voluit Hecker; at ipse attulit Anth. P. XIV 106. 1 ubi *ἀνύω τρίβον* item iter solum, non finem itineris significat et Iacobs apud Duebnerum praeterea attulit schol. Aristoph. Pl. 606.

In Anth. Pal. VII 313—320 collecta sunt epitaphia in Timonem hominum osorem facta, ad unum omnia scilicet lusus poetarum quorum nullum in saxo illo, quod illius sepulcrum putabant, insculptum esse apparet. Non audiendus igitur est Flach Gesch. d. gr. Lyrik II 449 qui temere Plutarcho fidem habet.[1])

---

266. In Philetam.

Ξεῖνε, Φιλητᾶc εἰμί· λόγων ὁ ψευδόμενόc με
ὤλεcε καὶ νυκτῶν φροντίδεc ἀcτερίων.

Athen. 9. 401e: *κινδυνεύεις οὖν ποτε διὰ ταύτας τὰς φροντίδας, ὥσπερ ὁ Κῷος Φιλητᾶς ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον* [*τῶν λόγων* seclusi], *ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι. Ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος ἀπέθανεν, ὡς τὸ πρὸ* (?) *τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ· ξεῖνε κτλ.*

v. 1. *φιλιτας* A ‖ v. 2. *καὶνικτῶν* Kaibel, *κὠνομάτων* R. Heimsoeth | *ἑσπέριοι* cod., *αἱ στιβαραὶ* Herwerden Mnem. nov. s. IV p. 309, *ἀστερίων* Fr. W. Schmidt Studien z. gr. Trag. III 192, idem Scheer misc. crit. Ploen 1887 p. 11 coll. Arat. Phaen. 695.

Deceptus titulo quali *εἰς τὸ Φιλητᾶ μνημεῖον* Athenaeus epigramma aperte irrisorium pro inscriptione vendidit.

1) Respice quod Plutarchus non dicit *ἐπιγέγραπται*, sed *ἦν ἐπιγεγραμμένον*. Epigrammata illa non magis inscripta erant quam hoc: „Du Narr! Hier lieg ich, weil ich stehn nicht kann. Ich war; doch wer und was? geht dich nichts an.“ (Fliegende Blätter vol. 69 p. 31: Grabschrift eines Grobians).

3. Militum et captivorum.

267. In Eretrienses. [Platonis.]

Εὐβοίης γένος ἦμεν Ἐρετρικόν, ἄγχι δὲ Σούσων
κείμεθα, φεῦ γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

Laert. Diog. 3. 33: *φασὶ δὲ καὶ τὸ εἰς τοὺς Ἐρετριέας τοὺς σαγηνευθέντας αὐτοῦ* (sc. *Πλάτωνος*) *εἶναι· Εὐβοίης — ἡμετέρης.* Anth. Pal. VII 259: *Πλάτωνος* C | *εἰς τοὺς Εὐβοεῖς τοὺς ἐν Σούσοις τελευτήσαντας* Lm^e: *Εὐβοίης — ἡμετέρης.* Plan. sine lemm. Schol. in Hermog. *στάσεις* Walz VII 1 p. 193 = Cram. Anecd. Oxon. 4. 154: (*οἱ Πέρσαι*) . . *καὶ Ἐρέτριαν κατασκάψαντες τοὺς αἰχμαλώτους ἀνέπεμψαν Δαρείῳ, εἰς οὓς ἐστιν ἐπίγραμμα Πλάτωνος· Εὐβοέων — ἡμετέρης.* Suid. s. v. *Ἱππίας·* (*οἱ Πέρσαι*) *ἐλθόντες ἐσαγήνευσαν μὲν Ἐρέτριαν καὶ τοὺς ληφθέντας τῷ βασιλεῖ ἔστειλαν· ὁ δὲ αὐτοὺς περὶ τὰ Σοῦσα κατοικίζει, ἐφ' οἷς καὶ Πλάτωνός ἐστιν ἐπίγραμμα· Εὐβοέων — ἡμετέρης.*

v. 1. *Εὐβοέων* Suid. Schol. | *εἰμὲν* Schol. Laertii B et F, sed hic correxit *ἦμεν*, *ἐσμὲν* Anth. Pal. Plan. Suid. ‖ **v. 2.** *αἴης* Plan., *ἀΐης* vel *αἶον* Schol. cod. Oxon., *αἴας* eiusdem codd. Walz. | *ὅσον* Laertii F, *τόσσον* eiusdem P, Schol. codd. Walz., *τόσον* eiusdem Oxon. et Laertii B | *ἡμετέρας* Schol. codd. Walz.

---

268. In eosdem. [Platonis.]

Οἵδε ποτ' Αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες
Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς Ἐρέτρια, χαίρετ' Ἀθῆναι,
γείτονες Εὐβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

Anth. Pal. VII 256: *Πλάτωνος· εἰς τοὺς Ἐρετριεῖς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις κειμένους* Cm^e [1]): *οἵδε — φίλη.* Anth. Plan.: *Πλάτωνος.* Philostr. vit. Apollon. I 24 p. 15: (*Δᾶμίς φησιν ἐν τῇ Μηδικῇ*) *καί τι καὶ ἐλεγεῖον ἀναγνῶναι γεγραμμένον ἐπὶ ναυτῶν τε καὶ ναυκλήρων σήματι· οἵδε — φίλη.*

v. 1. *βαθύρροον οἶδμα πλέοντες* Philostr. | displicet *οἵδε — κείμεθα* ‖ **v. 2.** *κείμεθα ἐν* Anth. Pal. C, sed *κείμεθ' ἐνὶ* A^ar, *κείμεθ' ἐνὶμμεσάτῳ* Philostr. ip,

---

1) „Lemmatista ipse aliud lemma scripserat (ad v. 3 sq.) nunc erasum, quod ex vestigiis satis apertis erui, hoc: *εἰς τοὺς Ἐρετριεῖς καὶ Ἀθηναίους τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις τελευτήσαντας.*“ Stadtmueller.

κείμεθ' ἐννιμεσάτῳ sv, *κ. ἐνὶ μεσάτῳ* rell. Phil. codd. et Plan.; *κείμεθα μεσσατίῳ* Iacobs, *κείμεθα νῦν μεσάτῳ* Schmidt Stud. z. d. gr. Dramat. III 123.

Celeberrima fuit inde ab Herodoto (6. 119) narratio de Eretriensibus Susa in servitutem a Persis abductis. Nihil igitur mirum est facta esse in eos epigrammata demonstrativa. Wernickium enim (de Platonis epigramm. p. 17) falli cum prius epigramma tumulo Eretriensium inscriptum fuisse dicat, — ut alia omittam — inde elucet quod vix credas omnes hos Graecos eodem tempore mortuos eodemque in monumento esse sepultos. Idem cadit in tetrastichum epitaphium si Anthologiae lectionem genuinam sequimur. Nam Damidi, levissimo illi Philostrati auctori, qui aut corruptela libri, quo usus est, deceptus aut sua sponte mutans *πλέοντες* pro *λιπόντες* exhibet et inde nautis quibusdam illorum Eretriensium inscriptum esse epitaphium contendit, nullam fidem habemus.

Tetrastichi auctorem Atheniensem esse ex tertio versu (*χαίρετ' Ἀθῆναι*) concludimus; sed quod Platonem et huius et illius epigrammatis auctorem Anthologia tradit, non tam grave eius est testimonium; ideo enim ad eum relatum esse videtur, quod bis Eretriensium sortem enarravit (Legg. III p. 698, Menex. p. 240).

---

269. In Athenienses ad Eurymedonta occisos. [Simonidis (142 Bgk.).]

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμεν
καὶ πόλιας θνητῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει,
οὐδενί πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.
οἵδε γὰρ ἐν γαίῃ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

Diod. 11, 62: *ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῶν λαφύρων ἀνέθηκε τῷ θεῷ, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ τὸ κατασκευασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε τήνδε· ἐξ οὗ κτλ.* Aristid. 46. 156 (II p. 209 Ddf.): *ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκπεπληγμένων τῶν ποιητῶν τοῖς ὅτ' ἐπῄεσαν οἱ βάρβαροι πραχθεῖσιν, ὅμως τις ὕμνησεν αὐτῶν εἰς ταῦτα ὕστερον, οὐ πάντα, ἀλλὰ μιᾶς τινος ἡμέρας ἔργα· ἐξ οὗ κτλ.* Idem 49. 380 (II p. 512 D.): *καὶ πάντα ἐκεῖνα καλλίω τῶν σῶν οἶμαι λόγων ἐπιγράμματα καὶ ἔτι γε μᾶλλον· ἐξ οὗ κτλ.* Schol. Aristid. III 209 D. (p. 70 Frommel): *εἰς τὰς αὐθημερὸν ταύτας νίκας Σιμωνίδης ὕμνησε, λέγων· ἐξ οὗ κτλ.* (cf. Schol. Arist. III 525 D.). Anth. Pal. VII 296: *Σιμωνίδου τοῦ Κήου* C | *εἰς τοὺς μετὰ Κίμωνος*

στρατευσαμένους ἐν Κύπρῳ Ἀθηναίους, ὅτε τὰς ρ' ναῦς τῶν Φοινίκων ἔλαβεν Lm[c]. Arsenius XXIV 18 (Apostol. VII 57a): *ἐξ οὗ — πολέμου· Σιμωνίδου ἐλεγεῖα περὶ Ἀθηναίων.*

Similia epigrammata: Kaib. 768 Xanthi repertum:

ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμεν,
οὐδείς πω Λυκίων στήλην τοιάνδ' ἀνέθηκεν κτλ.

et Kaib. 844 Athenis repertum:

ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζει
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δήμῳ Ἀθηνῶν,
οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ Πύρρα μείζονα θνητῶν
φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔργῳ ἔδρασ' ἀγαθά.

Quibus addit Keil Hermes 20, 346 Isocratis locum IV 179, cf. 180.

Leviora omisi. **v. 1.** *ἐξ οὗ γ'* Diod. Anth. | *Εὐρώπαν Ἀσίης* Anth. | *ἔνειμεν*] *ἔκρινεν* Arist. et schol., Ars. ‖ **v. 2.** *πόλεας θνητῶν* Diod., *πόλιας θν.* Aristid. et schol., Arsen., *πόλεμον λαῶν* Anth.; *πολέμους θνατῶν* Dorville, *πόλιας λαῶν* Bergk | *ἐπέχει* Diodor. ‖ **v. 3.** *οὐδενί πω* Aristid. et schol., Arsen., *οὐδέν πω* Diod. nisi quod AF *οὐδέπω, οὐδαμά πω* Anth.; quod hic numerus singularis (*οὐδενί*), v. 5 pluralis exstat, Keil (Hermes 20, 345) reprehendit; sed cur *οὐδείς* non possit pertinere ad numerum pluralem, ego non intellego | *καλλίων* Anth., *τοιοῦτον* Diod., quod placet Keilio l. l. ‖ **v. 4.** *ἔρ**γον* Anth. Pal. C, *εὔεργον* A[ar] | *ἅμα* Diod., Anth. ‖ **v. 5.** pro *γαίῃ* exhibet *Κύπρῳ* Diod. et Anth., qua de varia lectione infra dicetur | *ἐλάσαντες* Diodori cod. AHL; *πολλοὺς Μήδων ἐδάμασσαν* | *Φοινίκων θ' ἑκατὸν κτλ.* ludit Bergk; *Φοινίκων θ'* etiam Iunghahn de Sim. ep. p. 30 ‖ **v. 7.** *ἔστεν'* ·/· Anth. Pal. C in ras., signum corruptelae ·/· hic et m[1] et m[e] adpinxit C; finis versus deest in Anth. | *ὑπ' αὐτῶ* similia Diodori PAHFLK ‖ **v. 8.** *πληγαῖς ἀμφοτέραις, χερσικράτει πολέμῳ* Hecker[1] 225; *πληγεῖσ' ἀμφοτέρως χερσοκρατεῖ πολέμῳ* Blomfield, *πληγεῖσ' αὖθ' ἑτέραις* Iunghahn l. l. p. 29, quem contra disputavit Kaibel ann. philol. 105 p. 798 sq.

Proximis annis plures homines docti de hoc epigrammate disseruerunt, Bergk in PL., Iunghahn (in quaestionibus de Simonidis Cei epigrammatis p. 25—30), Kaibel (in ann. philol. 105 p. 798 sq. et Rh. M. 28, 440 sq.), postremum Keil (Herm. 20, 343—348) ita disputavit, ut omnia fere expedivisse mihi videretur. Statuit enim is epigramma non, id quod Kaibel putaverat, exemplar fuisse duorum titulorum quorum alter Xanthi, alter Athenis inventus est (EG 768 et 844, v. supra), sed non minus quam hos titulos, quibus quartum ex Isocratis loco erutum adiecit, antiquius carmen, quod nunc deperditum esset, imitatione expressisse. Neque unquam Athenienses hos versus rerum et verborum ineptiis inquinatos — nam, ut alia mittam, ne id quidem apparet, utrum sepulcrale an dedicatorium sit epigramma — publico monumento inscripsisse, sed esse demonstrativos et a malo poeta fictos. Simonidi igitur, qui iam propter aetatem Eurymedontiam pugnam illustrare non potuisset, omnino eos esse abrogandos.

Quibus a Keilio dilucide expositis nihil habeo quod addam, nisi quod de Diodori loco non recte disputavisse mihi videtur. In versu enim quinto epigrammatis *ἐν γαίῃ* ab Aristide eiusque scholiasta, *ἐν Κύπρῳ* ab Anthologia et Diodori codicibus traditur. Sed hos Keil ex codice Anthologiae cognato interpolatos esse censet et *ἐν γαίῃ* historici textui esse reddendum. Quod vix recte vir doctus meo quidem iudicio contendit. Diodorus enim c. 60 narrat Graecorum classem cum Persis circa Cyprum (*περὶ τὴν Κύπρον*) pugnasse, magno cum labore victoriam deportasse, plus centum triremes cum ipsis hominibus cepisse. Quibus captis Cimonem suos milites Persarum vestimentis indutos navibus indidisse statimque (*παραχρῆμα*) in castra hostium ad Eurymedontem flumen posita navigavisse eoque sub noctem advenisse; inde Persas navium et militum specie deceptos et oppressos terrestri proelio esse trucidatos. Pugnam navalem in Eurymedontis ore commissam esse Diodorus ne verbo quidem memorat neque qui eum exscripsit Ps.-Frontinus 4. 7. 45. Nemo igitur, opinor, Keilio excepto[1]), dubitare potest, quin historicus verbis c. 61, quibus narrationem suam concludit: *τῇ δ' ὑστεραίᾳ τρόπαιον στήσαντες ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον νενικηκότες δύο καλλίστας νίκας, τὴν μὲν κατὰ γῆν, τὴν δὲ κατὰ θάλατταν· οὐδέποτε γὰρ μνημονεύονται τοιαῦται καὶ τηλικαῦται πράξεις γενέσθαι κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ ναυτικῷ καὶ πεζικῷ στρατοπέδῳ* et illam apud Cyprum pugnam navalem et ad Eurymedontem terrestrem significare voluerit.

Quamquam certe falsa narrat Diodorus. Neque enim ullo modo potuit Cimon primis diei horis gravem longamque pugnam (*ἰσχυρῶς*) circa Cyprum cum Persarum classe pugnare, tum ex ipsa pugna proficisci et sub noctem ad Eurymedontem adesse, qui distat ab insula centum et viginti miliaria Anglica. Itaque Diodorum hoc loco totum Ephori vestigiis institisse[2]) haud crediderim, cum hunc tam incredibilia tradidisse vix contendas. Qui quae dixerit de pugna

1) l. l. p. 344 n. 1: „Im übrigen wehre ich mich auf das entschiedenste gegen die Ausflucht, dafs *ἐν Κύπρῳ* bei Diodor auch auf die c. 60, also kurz vorher erwähnten Ereignisse vor Kypros bezogen werden könne; nach dem Schlachtbericht heifst es dort *τῇ δ' ὑστεραίᾳ — στρατοπέδῳ* [quae in textu exscripta sunt]; dafs diese letzten Worte auf die Eurymedonschlacht allein gehen, wird jeder zugeben, und dann auch, wenn er bemerkt hat, dafs sie nur eine Paraphrase des 2. Distichons unseres Gedichtes sind, dafs Diodor das Epigramm allein auf die Schlacht am Eurymedon bezogen hat. That er aber dies, so mufs er, da Vers 3 und 4 durchaus nicht, wie Junghahn bemerkte, auf einen Doppelsieg deuten, v. 5 *ἐν γαίῃ* gelesen haben; denn dieser bringt erst mit seinem Gegensatz *ἐν πελάγει* das Characteristicum jenes Sieges in den Vers."

2) quae putat Keil l. l. p. 344 n. 1 contra Kaibelium disputans. Keilio adversatur Hiller Burs. Jahresber. 46, 1 p. 74.

Eurymedontia, cum Dunckero (Gesch. d. Alt. VIII 210 n., v. etiam Melber ann. philol. suppl. 14, 437) extare censeo apud Polyaenum 1. 34: ubi legimus pugnam navalem ad Eurymedontem esse factam, deinde secundum Ephorum terrestre proelium commissum esse verisimile est, etsi id Polyaenus afferre omisit; tum demum Graecos Persarum habitu Cyprum petivisse. Quam Ephori narrationem confudit Diodorus deceptus, ni fallor, ipso de quo agimus epigrammate. Putabat enim auctor Siculus haud aliter atque Iunghahn (l. l. p. 28 quem conferas) et Kaibel versibus 5 *οἵδε γὰρ ἐν Κύπρῳ* usque ad 7 *πληθούσας* poetam solam pugnam navalem significare voluisse; et cum titulo, quem genuinum esse censebat, maiorem fidem tribueret quam Ephoro, pugnam illam navalem qua centum naves cum ipsis hominibus captae essent (v. Diod. 60 et ep. v. 6 et 7), non ad Eurymedontem, sed *ἐν Κύπρῳ ἐν πελάγει* i. e. *περὶ τὴν Κύπρον* commissam esse censuit; tum hostium classe victa ipse quoque Graecos Persico more vestitos ex pugna profectos esse perhibet, neque vero in Cyprum, ubi iam essent, sed ad Eurymedontem (cf. Haas de Aristidis in declamatione contra Plat. font. Grfsw. 1884 p. 78 sqq.) profectos esse.

Etsi igitur Diodorum *ἐν Κύπρῳ* legisse, mihi videor demonstrasse, tamen hanc nego genuinam epigrammatis esse lectionem, sed irrepsisse in librum quo et Diodorus et Anthologia usi sunt (v. Hillerum l. l.) per interpolationem hominis, qui hanc victoriam cum gemina Cypria Cimonis victoria confudit. *Ἐν γαίῃ* enim esse verum et antiquum inde apparet quod hac sola lectione ea, quae versu quarto promittit poeta, implentur: hoc enim versu manifesto negatur unquam tantam duplicem victoriam deportatam esse; necesse igitur est haec duplex victoria describatur insequentibus versibus, id quod solis verbis *ἐν γαίῃ* fit, cum proelium *ἐν Κύπρῳ* commissum nunquam *ἔργον ἐν ἠπείρῳ* dici possit.[1]) Certe si *ἐν γαίῃ* scripsit poeta, pedestre proelium ante navale factum esse contendit; sed non mirum si Alexandrinae aetatis auctor historiam non ita callebat. (Cur Lycurgum Leocr. 72 epigramma nostrum iam nosse existimaverit Kaibel Rh. M. 28 p. 441, non dispicio. Neque enim quidquam inde sequitur, quod orator *πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες* hoc ordine scribit: cf. Thuc. 1, 100 *ἐγένετο . . . ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία.*)

---

1) Contra Keilium, qui negat (v. p. 215 not. 1) versu quarto duplicem pugnam significari, moneo poetam non *οὔτε — οὔτε*, sed *καὶ — καὶ* et *ὁμοῦ* scripsisse.

270. In triginta tyrannos.

Μνῆμα τόδ᾿ ἐστ᾿ ἀνδρῶν ἀγαθῶν, οἳ τὸν κατάρατον
δῆμον Ἀθηναίων ὀλίγον χρόνον ὕβριος ἔσχον.

Schol. Aeschin. 1. 39 p. 261 Schultz: *δεῖγμα δὲ τῆς τῶν λ' πολιτείας καὶ τόδε ἐστί· Κριτίου γὰρ ἑνὸς τῶν λ' ἀποθανόντος ἐπέστησαν τῷ μνήματι Ὀλιγαρχίαν δᾷδα κατέχουσαν καὶ ὑφάπτουσαν Δημοκρατίαν καὶ ἐπέγραψαν τάδε· μνῆμα — ἔσχον.*

v. 2. *ὕβριν* Vatic.

Male tradit scholiasta versus Critiae esse epitaphium, cum ad plures optimates, quorum nomina inscripta esse conicias, eos spectare quivis videat, idemque male eos a triginta viris esse scriptos, cum verba *ὀλίγον χρόνον* illorum potestatem iam sublatam esse doceant. Neque Athenis hoc sepulcrum exstructum esse potest — ibi enim nemini licebat eius modi verba incidere post populi imperium restitutum — neque a civibus Atheniensibus alio nescio quo loco esse factum, quippe qui non *ὕβριος* forma Dorica usi essent. Relinquitur igitur ut aut a civibus alius cuiusdam oppidi — ut quid dicam a Megarensibus — expulsos illos optimates sepultos titulumque inscriptum esse statuamus: quae coniectura non magnam habet veritatis speciem: aut fictum esse epigramma a grammaticis neque unquam lapidi insculptum. Quae mea est sententia. Collato enim epigrammate n. 154, quod Aeschines 3. 177 in honorem Thrasybuli eiusque sociorum dedicatum esse tradit, inde fit verisimile ad illius exemplar hoc de quo agimus epitaphium confictum esse.

271. In Athenienses ad Chaeroneam mortuos.

Οἵδε πάτρας ἕνεκα σφετέρας εἰς δῆριν ἔθεντο
ὅπλα καὶ ἀντιπάλων ὕβριν ἀπεσκέδασαν.
μαρνάμενοι δ᾿ ἀρετῆς καὶ δείματος οὐκ ἐσάωσαν
ψυχάς, ἀλλ᾿ Ἀίδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆ,
οὕνεκεν Ἑλλήνων, ὡς μὴ ζυγὸν αὐχένι θέντες
δουλοσύνης στυγερὰν ἀμφὶς ἔχωσιν ὕβριν.
γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει κόλποις τῶν πλεῖστα καμόντων
σώματ᾿, ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις·
μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν·
ἐν βιοτῇ μοῖραν δ᾿ οὔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Dem. 18. 289: *λέγε δ' αὐτῷ τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα, ὃ δημοσίᾳ προείλεθ' ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπιγράψαι, ἵν' εἰδῇς, Αἰσχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ σαυτὸν ἀγνώμονα καὶ συκοφάντην ὄντα καὶ μιαρόν. λέγε·*

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ. οἵδε — ἔπορεν. (290) ἀκούεις, Αἰσχίνη, [καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ] „μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν"; οὐ τῷ συμβούλῳ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς.[1])

Egerunt post Iacobsium (Animadv. ad Anth. Gr. III 2, 214 et Anthol. Gr. app. 266) de hoc epigrammate praeter orationis editores Voemelium, Weilium, Blassium, Lipsium alios: Foertsch comm. crit. de locis nonnullis Lysiae et Dem. 1821 p. 51, Graefe Mém. de l'ac. de St. Petersbourg. 1822 VIII 661, Goettling ind. lect. Ien. 1846 = ges. Abh. I 147, Froehlich Abhandl. d. b. Akad. phil. Kl. 1850 p. 77, Funkhaenel Philol. 6, 565, Osann commentar. seminarii Giessensis specimen sextum p. 10, Duentzer die homer. Beiwörter etc. p. 48, Thudichum Rh. Mus. 12, 296, J. Bernays ibid. 14, 321 = ges. Abh. 2, 276, Hartung gr. Elegiker 1, 363, Karsten Verslagen en mededeelingen d. k. Akad. Afdeel. letterkunde 4 (1859) 21—45 (cf. Philol. 14, 413), O. Ribbeck Neues Schweizer Mus. 2 (1862), 147, Kaibel de monumentorum aliquot graecorum carminibus, Bonn 1871, 1—18, L. Spengel Sber. d. bay. Ak. phil. Kl. 1875 I 287, Weil Revue de philol. 1 (1877) 25, Piccolomini Estratti inediti dai codici greci Pisa 1879 p. 102, Sitzler N. Jahrb. f. Phil. 119, 816, Bergk PLG II⁴ 331, Clemm N. Jahrb. f. Philol. 127, 15, Saueressig de epigr. sepulcr. in Athen. ap. Chaer. interfectos, Progr. Oberehnheim 1882[2]), Richter de epigrammate Chaeronensi, Progr. Malchin 1883, Vitelli public. del reg. istituto di Fir. sez. fil. 2 p. 180, F. W. Schmidt Studien zu den gr. Tragikern u. z. Anthol. 3, 191, Hiller Philol. N. F. II (1889) p. 242 sq., H. Stadtmüller Berl. Phil. Wochenschr. 1890, col. 303 sq.

Exstat epigramma in Marciano s. XI, deest in libris editionis Atticianae Parisino (Σ), Laurentiano (*A*) pr., Augustano (*A*¹). ‖ v. 1. ἕνεκα codd.; μὲν ἑκὰς Weil, ne idem dicatur quod in v. 5 οὕνεκεν Ἑλλήνων neve nulla omnino sit mentio loci ubi pugnatum sit. Nec vero multum lucrabimur, extra fines Atticos cives cecidisse edocti; hoc enim semper fere fieri solebat. | εἰς δῆριν ἔθεντο ὅπλα = ὡπλίσαντο, cf. Demosth. Mid. 145 (Kaibel p. 5) Lycurg. Leocr. 43. ‖ v. 3. μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος codd. quae verba Thudichum sic vertit: „im Gefecht um Furcht und Tapferkeit"; Foertsch (qui λήματος recipit), Funkhaenel, Froehlich, Spengel alii hyperbaton esse statuunt ut genetivi a nomine βραβῇ pendeant. Eam constructionem ut tueretur, attulit Froehlich Xenoph. hell. 7. 3. 7 ᾔδειν γὰρ ὅτι καὶ ὑμεῖς τοὺς περὶ Ἀρχίαν καὶ Ὑπάτην, οὓς ἐλάβετε ὅμοια Εὔφρονι πεποιηκότας, οὐ ψῆφον ἀνεμείνατε, ἀλλ' ὁπότε πρῶτον ἐδυνάσθητε, ἐτιμωρήσασθε. Sed hunc accusativum multo facilius verbo finito etsi longe distanti iungere licet quam genetivos illos ac ne ipse quidem Froehlich probasse videtur hanc constructionem, cum etiam hoc proponeret: μ. δ' ἀρετῆς καὶ δείματος — οὐ γὰρ ἔσωσαν | ψυχάς, ἀλλ' — Ἀίδην κτλ. Ego nihil mutavi: nam etsi non quarti saeculi poetam, tamen inferioris aetatis cui adscribo epigramma auctorem eiusmodi hyperbato usum esse non negaverim. Cf. Foertsch l. l., Lobeck ad Soph. Ai. 475. Contra alii alia coniecerunt: μαρνάμενοι δ' ἀ. καὶ λήματος (ut ἀμφισβητεῖν et ἐναντιοῦσθαί τινος) Valckenaer, Foertsch, Ribbeck alii (μ. δ'

---

1) § 290. καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ utpote manifestam dittographiam secluserunt Reiske et Spengel. | καὶ ἐν — κατορθοῦν seclusit Kirchhoff ap. Kaibel EG 27 | μηδὲν Σ pr. A¹D; τὸ μηδὲν vel ὡς τὸ μηδὲν deteriores libri | θεοῦ A¹, θεῶν rell.

2) Quocum me in multis consentire sero vidi.

ἀρετῇ καὶ λήματι Wunderlich in edit. orationis), μ. δ' ἀ. καὶ δείγματος Victorius (Goeller Dion. Hal. de comp. p. 100), μ. δ' ἀ. διὰ δείγματος Schaefer, μ. δ' ἀ. κατὰ δείγματος Iacobs, μ. δ' ἀρετῆς κατὰ δείματος (sed ἀρετῆς dativus in Attico titulo ferri nequit) Graefe, μ. δ' ἀρετῆς περὶ τιμῆς Goettling, μ. δ' ἀρετῇ καὶ ἀδείματοι Clemm, eandem in coniecturam incidit F. W. Schmidt qui multa exempla verbi μάρνασθαι cum dativo iuncti congessit (cf. etiam Kaibel EG 242), μ. δ' ἄτρεστοι, ἀδείματοι vel μ. δ' ἀτρεμεῖς καὶ ἀδείματοι vel μ. δ' ἄρ' ἄτρεστοι, ἀδείματοι Stadtmueller; μ. δ' ἄρεως καὶ δείματος Sitzler, Weil („n'ont pas voulu conserver leur vie en se sauvant du tumulte effrayant de la bataille“, ubi ἐκ omitti non poterat; Soph. Ant. 1162 σῴζειν πόλιν ἐχθρῶν quem locum affert Weil, vertendus est 'urbem servare ab hostibus' neque vero 'ex hostium turba'), μ. δ' ἄρεως τε καὶ αἵματος Weil in altera orationis editione, μαρναμένοιν δ' ἀρετῆς καὶ δείματος Blass, μαιόμενοι δ' ἀρετῆς ἰσοδαίμονος Bergk in prioribus editionibus, postea genuina se verba expedire non posse confitetur, μνησάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ λήματος Passow, Karsten (coll. Hom. *N* 48 ἀλκῆς μνησαμένω), ἀρνύμενοι δ' ἀρετὴν δίχα δαίμονος Bernays, ἀρνύμενοι δ' ἀρετὴν ἐκ χείματος vel πήματος Duentzer ‖ **v. 4.** βράβην codd., βραβῇ Schneider cum βράβης pro βραβεύς nusquam exstet. De accusativo contracto v. G. Meyer gr. Gramm.[2] § 332. ‖ **v. 5 et 6.** Tertium distichum secundo praeponit Ribbeck, delet Stadtmueller. **v. 5.** ζυγὸν αὐχένι θέντες codd., quod haud facile 'se iugo subdere' significare possit, sed potius alii iugum imponere. Cf. Alcaeus App. Plan. 5 ζυγὸν αὐχένι θήσων, Hesiod. opp. 815 ἐπὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες. Qua de causa Froehlich in enuntiato θέντες — ἔχωσιν non Ἕλληνες subiectum esse censet, sed οἵδε v. 1 iunctisque ζυγὸν δουλοσύνης distichum sic vertit; „auf dafs nicht, hätten sie selben das Joch der Knechtschaft auf den Nacken gelegt, sie ringsumher verhafsten Hohn zu ertragen haben“. Quam interpretationem refellere haud opus est. ζυγῷ αὐχένα δόντες Weil, ζυγὸν αὐχένι θεῖσαν (part. aor. sc. ὕβριν) Voemel, ζυγὸν αὐχένι θέντων sc. ἀντιπάλων Spengel (sed θέντων nemo non iungat cum Ἑλλήνων), ζυγὸν αὐχένι δύντες Bergk, ζυγῷ αὐχένα θέντες Vitelli (coll. Eur. Hec. 376 αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ), ζυγὸν αὐχέν' ἐφέντες vel ζυγῷ αὐχέν' ὑφέντες Clemm. ‖ **v. 6.** ἔχοιεν Brunck ‖ **v. 8.** σώματ' codd., λείψαν' Bgk., quia nil nisi cinis mortuorum Athenis sepultus esset. | Post κρίσις Froehlich omnem interpunctionem tollere et ἐστὶ v. 9 cum ἐπεὶ ἥδε κρίσις iungere vult („da von Zeus den Sterblichen das beschieden ist, keines Wunsches zu verfehlen bei den Göttern und (durch sie) alles glücklich zu vollenden im Leben“). Hoc si recte sentiret, non potuit Demosthenes § 290 versum nonum una cum ἐστίν afferre. Neque magis Ribbeckio et Voemelio assentiri possum qui usu ac vi pronominis ὅδε neglecta verba ἥδε κρίσις ad ea quae praecedunt referenda esse putant. Immo recte plerique editores post κρίσις distinguunt legemque a Iove datam in ultimo disticho inesse contendunt. ‖ **v. 9 et 10.** Omnes ante Goettlingium post κατορθοῦν interpunxerunt, quorum partibus ego quoque accedo, v. p. 223 n. 1. Primus Goettling, quem Spengel aliique qui genuinum iudicant epigramma secuti sunt, ἐν βιοτῇ (in hominum vita) versui nono adnexit ut subiecti vice non θεοί, sed θνητοὶ fungi contenderet (iidem ἔπορον pro ἔπορεν in textum receperunt). Dici igitur, donum deorum esse homines nil incassum petere et omnibus in rebus secunda uti fortuna. ‖ **v. 9.** κατορθοῦν transitive usurpatum esse (menar tutto a buon fine) putat Vitelli (etiam Flach Gesch. d. gr. Lyrik 2, 139), quod abhorret a verbi usu, cf. inprimis § 288. ‖ **v. 10.** ἐν βιοτῇ codd., αἰχμητὴν Weil, qui teste Lipsio in editione altera ἐν βροτέᾳ μοίρᾳ ἔκ τι φυγεῖν ἔπορον proposuit; αἰχμητῇ vel ὁπλίτῃ Vitelli, qui idem conicit: Βοιωτῇ γῇ κῆρ' οὔτι φυγεῖν ἔπορον „è pre-

rogativa degli dei riescire in tutto e menar tutto a buon fine; ma nella terra beotica essi non concessero di scampar di morte", ubi ineptissime Boeotia omnibus aliis rebus (tutto) opponitur; ceterum frustra graeco in textu particulam adversativam („ma") requiras. ἐν βιοτῇ δ' αὖ πταῖσμ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν Stadtmueller coll. schol. Greg. (v. p. 222 not.). | φεύγειν *AM* | ἔπορεν *M* ut Iuppiter subiecti vice fungatur, contra Bernays οὔτι subiecti locum obtinere vult; ἔπορον alii codd. dett., μερόπων Graefe, ἕτερον Reiske.

Cum Karsten Batavus anno huius saeculi undesexagesimo primus epigramma in deterioribus tantum codicibus servatum ut subditicium notavisset, Kaibel duodecim annis post in eius locum aliud ut genuinum et ab oratore recitatum substituit, carmen dico Anthologiae Palatinae VII 245:

Ὦ Χρόνε παντοίων θνητοῖς πανεπίσκοπε δαῖμον,
ἄγγελος ἡμετέρων πᾶσι γενοῦ παθέων·
ὡς ἱερὰν σῴζειν πειρώμενοι Ἑλλάδα χώραν
Βοιωτῶν κλεινοῖς θνῄσκομεν ἐν δαπέδοις.

Quod epigramma in codice quidem Gaetulico cuidam adscribitur, sed ex ipsius inscriptionis reliquiis (Kaibel EG 27 = CIA II 3. 1680), quas huc pertinere vir sagacissimus intellexit, secundae quarti a. Chr. saeculi parti est vindicandum. Atque ut tolleret quod huic opinioni refragari videretur, versum μηδέν — κατορθοῦν Demosthenem § 290 non ex carmine modo recitato repetere censuit, sed quasi locum communem ex vetere quodam poeta afferre, quem ipsum Simonidem esse scholion in Gregorium Nazianzenum paulo post a Kirchhoffio (Hermes 6, 487) prolatum nos docere videbatur. Postea huic sententiae ipse diffisus Kirchhoff verba Demosthenis § 290 καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ — κατορθοῦν ex subditicio carmine interpolata esse statuit; qua „egregia coniectura" Kaibel EG 27 omnes difficultates sublatas esse existimat.

Sed ut ab hac coniectura exordium sumam, obliti sunt ni fallor viri docti spurium illud quod dicunt epigramma antiquitus in Demosthenis editionibus locum non habuisse neque exstare nisi in parte codicum deterioris notae. Unde apparet ex epitaphio sive genuino sive adulterino, quod multo post grammaticorum aliquis textui inseruit, interpolatorem nunquam haec verba, quae omnibus in codicibus extant, addere potuisse. Nec minus quam antea proposuerant coniectura reicienda est. Cum enim in optimis libris § 290 verba ὡς vel ὡς τὸ ante μηδὲν ἁμαρτεῖν non legantur, versus ille a Demosthene non ex vetere quodam poeta haustus esse potest, sed ex ipso epigrammate modo recitato sumptus sit necesse est.[1]) Anthologiae

1) Gregorii scholiastae (cuius verba infra p. 222 apponam) nullam fidem habendam esse — etenim idem p. 489 Euripidis versum novae comoediae adscribit — recte censent Spengel et Hiller Philol. NF. II p. 242, qui conferatur.

igitur carmen nullo modo id ipsum potest agnosci epitaphium, quod orator recitandum curavit, cum neque illum versum contineat neque causidicus vel sagacissimus ex his distichis possit elicere sententiam salutem militum non a consilii auctore, sed a deis pendere; quam sententiam inesse epigrammati citato paulo infra vult Demosthenes.

Quid igitur? Epitaphio erat opus, et cum inter homines doctos nemo fere praeter Kirchhoffium et Piccolominium ut Kaibelio assentiretur a se impetrare posset, carmen illud quod in deterioribus Demosthenis codicibus traditur tueri eaque quae Karsten[1]) et Kaibel ut illa aetate indigna reprehenderant, aut coniecturis aut interpretatione tollere conabantur. Qui ut permulta coniecerunt, ita pauca vel adeo nihil probabiliter emendaverunt. Inprimis *βραβῆ* pro *βραβέα* forma in titulo Attico publice inscripto nullo modo ferenda est.[2]) Ut autem genuinum evincerent epigramma viri docti a paenultimo potissimum versu profecti sunt. Cum enim Demosthenes in § 290 — haec est eorum argumentatio — hunc versum sic interpretetur ut a deo pendere dicat milites fautricem nancisci fortunam (*τῷ θεῷ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν*), ad mortales, non ad deos infinitivos *κατορθοῦν* et *μηδὲν ἁμαρτεῖν* referendos esse velle oratorem. Hanc autem eius interpretationem stare non posse, si versum ipsum legamus, immo quemvis hexametrum solum ita intellecturum esse, ut dei omnibus in rebus felices praedicentur; itaque illam interpretationem ita tantum stare posse, si verba *ἐν βιοτῇ* „in hominum vita" paenultimo versui adiuncta sint. Atqui nunquam falsarium tam callidum futurum fuisse ut additis *ἐν βιοτῇ*, quae Demosthenes ut modo audita omittere potuisset, rectum versus sensum efficeret, qui plane alius futurus erat omissis. Ergo ultimum distichum genuinum esse, et si ultimum, idem valere de ceteris (cf. inprimis Weilium Revue l. l.).

Quae argumentatio non satis gravis mihi videtur esse. Concedendum est quemlibet *μηδὲν — κατορθοῦν* omissis *ἐν βιοτῇ* aliter ac Demosthenem intellecturum esse — et aliter intellexerunt omnes veteres, qui versum laudaverunt[3]), omnesque recentioris aetatis gram-

1) Karstenii argumenta, quibus repetendis supersedeo, firmavit et nova quaedam addidit Richter in programmate Malchinensi (1883), ignarus Kaibelii et Spengelii disputationum.

2) v. Meisterhans Grammatik der attischen Inschriften² p. 109. Idem docet p. 178 *οὕνεκεν* in Atticis titulis imperatorum Romanorum demum aetate inveniri.

3) Respiciunt ad hunc versum: Aristid. I p. 592: (οἱ θεοὶ) *οἷς τοσοῦτον περίεστιν ὥστ' οὐ μόνον αὐτοὶ τἀγαθὰ πάντα κέκτηνται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοὶ νέμουσι· νέμουσι δὲ οὐχ ὅνπερ αὐτοὶ κέκτηνται τρόπον, ἄλλ' ὅσοις τὰ κράτιστα τῶν ἀνθρώπων ἔδοσαν, τὰ πλείω κατορθοῦν, οὐ πάντ' ἔδοσαν* (etiam II 298 et 331 rhetor ad *πάντα κατορθοῦν* respicit, quos locos attulit Spengel).

matici ante Goettlingium —: tamen potest fieri, ut quis hoc enuntiatum de hominibus interpretetur, neque certe omisisset orator duo ista verba, si eis sententiam, quam expressurus erat, luculentiorem edere potuisset. Immo versus *μηδὲν — κατορθοῦν* a Demosthene ex epitaphio recitato repetitus eundem, si quid video, sensum habuit quem inesse contendunt omnes veteres scriptores; verum Demosthenes ipse utpote causidicus verba suum in usum convertit sensumque eis subdidit, qui si vera fatemur longe abhorret a Graecorum hominum opinionibus.[1]) Nam quis mehercle veterum dicere ausus est de mortalibus eos deis adiuvantibus nihil incassum petere omnibusque in rebus secunda uti fortuna? Longe distant loci quos Bergk confert, cum ibi non de sempiterna continuaque hominum felicitate agatur. Neque id praetermittendum, Goettlingii Weiliique interpretationem si sequeremur, ultimum distichum ineptissimum fore in epitaphio scripto in victos fusosque milites. Quivis enim putaret, solam mortem milites non effugisse, ceteris in rebus autem omnia prospere eis successisse.

Refutata igitur Weilii argumentatione pedibus eo in Karstenii sententiam adulterinum censentis epigramma. Confectum est inferioribus temporibus a grammatico quodam qui versum a Demosthene

---

Liban. ep. 1554 (p. 705 ed. J. Chr. Wolf 1738): *ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἐκ τοῦ ἐπιγράμματος ἀπολογία τις ἔσται τοῦ λέγοντος τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ.* Themist. or. 22 p. 335 D.: *ἐπεὶ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἔξω τῆς φύσεως κεῖται τῆς ἀνθρωπίνης — οὐ γὰρ πείθομαι ἐγὼ τοῖς ἐκ ποικίλης . . . , ἀλλὰ τάχα δὴ τὸ ἐπίγραμμα ἀληθέστερον, ὃ Ἀθήνησιν ἐπιγέγραπται ἐν τῷ τάφῳ τῷ δημοσίῳ· καὶ γὰρ τοῖς θεοῖς μόνοις τὸ πάντα κατορθοῦν ἀπονέμει.* Schol. ad Gregor. Naz. in Iulian. 1 p. 169 D ed. Piccolomini-Kirchhoff Hermes VI 487 sq. (Piccolomini Estratti etc. p. 6): *τὸ ἀναμάρτητόν φησιν ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, τὸ δὲ μικρόν τι πταίσαντας ἐπανάγεσθαί τε καὶ διορθοῦσθαι ἀνθρώπων ἐστὶν καλῶν τε κἀγαθῶν, λέγει δὲ καὶ Σιμωνίδης, εἷς δ' οὗτος τῶν θ' λυρικῶν, ἐν ἐπιγράμματι ῥηθέντι αὐτῷ ἐπὶ τοῖς Μαραθῶνι πεσοῦσι τῶν Ἀθηναίων τὸν στίχον τοῦτον· μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν.* Suid. s. v. *συγγνώμονα· ὀρθῶς καὶ εἴρηται τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν θεοῦ ἐστι καὶ πάντα κατορθοῦν, ἄνθρωπος δὲ οὐκ ἂν εἴποι ἐπ' οὐδενὶ ὅτι μὴ πείσεται τόδε τι.* Phalar. ep. 126: *τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν εἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεοῦ νομίζεται.* Iustinian. cod. lib. 1. tit. 17, 2 § 13: Omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare divinitatis magis quam mortalitatis est, quod et a maioribus dictum est. Anth. Pal. I 2: *ᾧ πόρε Χριστὸς | πάντα διορθοῦσθαι*; quem locum attulit Stadtmueller. — Neve mireris quod etiam ei scriptores quos ex Demosthene hausisse certum est, Aristides, Themistius, Libanius (quem exemplari codici Augustano cognato usum esse lectio *θεοῦ* (v. p. 218 n.) ostentat) ab huius interpretatione recedunt: quibus idem accidit quod recentioribus ante Goettlingium grammaticis, ut ea quae orator ex versu efficit, prorsus neglegerent. V. Spengel p. 309.

1) Aesch. Ag. 531 *τίς δὲ πλὴν θεῶν | ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον*; cf. Richter p. 8.

ex genuino epitaphio nunc deperdito citatum suo carmini intexuit, quemadmodum etiam is, qui eadem in oratione testimonia aliaque documenta subdidit, praecedentibus insequentibusque oratoris verbis usus est.[1])

Restat ut pauca dicamus de Anth. VII 245, quod carmen secundum marmoris reliquias sine dubio epitaphium est Atheniensium qui altera quarti a. Chr. saeculi parte in Boeotia cum barbaris (cf. *ἱερὰν Ἑλλάδα*) pugnantes ceciderunt. Ne Lamiaco bello monumentum tribuamus, sexcentae secundum Kaibelium repugnant causae. Ego unam suppeditare possum: etenim proelium quod hoc bello in Boeotia (ad Plataeas) commissum est tam parvi fuit momenti tamque paucos Athenienses in eo occubuisse putandum est, nullo modo ut ii seorsum humarentur. Namque solebant uno funere, qui intra annum ceciderant, sepeliri, cf. Thuc. 2. 34, CIA I 433. Neque versus privati monumenti titulum esse patiuntur, id quod statuit Bergk (p. 333 n. 1), ad publicum sepulcrum epigramma pertinere non posse ratus, cum fragmentum ad Olympieum quod longe abest a Ceramico inventum esset. Sed nullus fere publicorum sepulcrorum titulus in situ i. e. in Ceramico inventus est, v. Wachsmuth die Stadt Athen I 267. Itaque Kaibel rectissime perspexit epigramma ad pugnam apud Chaeroneam spectare neque video quid obstet quin et hoc et alterum carmen deperditum quod Demosthenes recitavit tumulo Atheniensium inscriptum fuerit.[2]) Minime enim a probabilitate abhorret ipsam civitatem plura carmina monumento insculpenda curasse: veluti tria exstant diversa epigrammata in columna, quae in honorem militum ad Potidaeam occisorum posita est, Kaibel EG 21 (= CIA I 442). Itaque mirari desinamus duo fuisse epitaphia militum, qui eodem in proelio ceciderunt.

1) Utrum falsarius tam callidus fuerit ut vocabulis *ἐν βιοτῇ* adiunctis eam, quam Demosthenes inesse voluit, sententiam magis declararet an ille nihil adiciens integrum versum foetui suo intexuerit, in medio relinquo. Sed hoc verisimilius esse duco.

2) Hanc suam opinionem Rudolphus Schoell benigne mecum communicavit. Cf. etiam proll. § 10

II. Epigrammata dedicatoria et varia.

272.

Νεβρὸς ἐὼν ἑάλων ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ.

Paus. 8. 10. 10: *Λεωκύδους δὲ τοῦ Μεγαλοπολιτῶν ὁμοῦ Λυδιάδῃ στρατηγήσαντος πρόγονον ἔνατον Ἀρκεσίλαον οἰκοῦντα ἐν Λυκοσούρᾳ λέγουσιν οἱ Ἀρκάδες ὡς ἴδοι τὴν ἱερὰν τῆς καλουμένης Δεσποίνης ἔλαφον πεπονηκυῖαν ὑπὸ γήρως· τῇ δὲ ἐλάφῳ ταύτῃ ψάλιόν τε εἶναι περὶ τὸν τράχηλον, καὶ γράμματα ἐπὶ τῷ ψαλίῳ· νεβρὸς — Ἀγαπήνωρ. οὗτος μὲν δὴ ἐπιδείκνυσιν ὁ λόγος ἔλαφον εἶναι πολλῷ καὶ ἐλέφαντος μακροβιώτερον θηρίον.*

νεβρὸς ἐὼν ὅτ' ἑάλω (*ὅτ' ἐς κτλ.*) Vb per corr., *νεβρὸς ἐὼν ἑάλω* La R marg., *νεβρόν σ' εἴςναον ἑαλων* Pc, *νεβρὸς οὖν εἰς ναὸν ἑάλω* Ag, *νεβρὸς σὺ εἰς ναὸν ἑάλω* MVaR, *νεβρὸς σύεις ναὸν ἑάλω* Lb | pro *ἦν* scripsit *ἦγ'* Meineke bibl. crit. Hildesh. 1823 II p. 159; *ἦλθ'* Kayser, *ἦκ'*? Stadtmueller.

Similis fabella traditur de Taygeta cervam Cerynitem Dianae consecrante a Scholiasta Pind. vet. ol. 3. 53 (p. 101 Boeckh): *λέγεται γὰρ ὅτι, ἡνίκα Ἡρακλῆς παρέσχεν αὐτὴν Εὐρυσθεῖ, τότε εὑρέθη ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτῆς γεγραμμένον· „Ταϋγέτη ἱερὰν ἀνέθηκεν Ἀρτέμιδι“* (secundum recentiora scholia inscriptio erat in cornubus haec: *Ταϋγέτη ταύτην ἀφιεροῖ Ἀρτέμιδι*). Quam Dianae cervam Tafel (diluc. Pindaricae I 1 p. 154) temere eandem esse putat ac Pausaniae *ἱερὰν τῆς καλουμένης Δεσποίνης ἔλαφον.* Possis etiam conferre Ps.-Aristot. mirab. auscult. 110 (120): *ἐν δὲ τοῖς Πευκετίνοις εἶναί φασιν Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἐν ᾧ τὴν διωνομασμένην ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις χαλκῆν ἕλικα ἀνακεῖσθαι λέγουσιν, ἔχουσαν ἐπίγραμμα „Διομήδης Ἀρτέμιδι“. μυθολογεῖται δ' ἐκεῖνον ἐλάφῳ περὶ τὸν τράχηλον περιθεῖναι κτλ.*

273.

a) Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

b) Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Plut. Theseus 25: *προσκτησάμενος δὲ τῇ Ἀττικῇ τὴν Μεγαρικὴν βεβαίως, τὴν θρυλουμένην ἐν Ἰσθμῷ στήλην ἔστησεν, ἐπιγράψας τὸ*

διορίζον ἐπίγραμμα τὴν χώραν δυσὶ τριμέτροις, ὧν ἔφραζε τὰ μὲν πρὸς ἕω· τάδ' οὐχὶ κτλ., τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν· τάδ' ἐστὶ κτλ. Strabo 3 p. 171: *καὶ ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῷ Κορινθιακῷ μνημονεύεται στήλη τις ἱδρυμένη πρότερον, ἣν ἔστησαν κοινῇ οἱ τὴν Ἀττικὴν σὺν τῇ Μεγαρίδι κατασχόντες Ἴωνες, ἐξελαθέντες ἐκ τοῦ Πελοποννήσου, καὶ οἱ κατασχόντες τὴν Πελοπόννησον, ἐπιγράψαντες ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τῇ Μεγαρίδι μέρους· τάδ' οὐχὶ κτλ., ἐκ δὲ θατέρων· τάδ' ἐστὶ κτλ.* Idem 9 p. 392. Imitatus est auctor versuum in arcu Hadriani inscriptorum Kaibel EG 1045: *Αἵδ' εἴσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις* et *Αἵδ' εἴσ' Ἀδριανοῦ καὶ οὐχὶ Θησέως πόλις.*

Sufficiat Wilamowitzii verba afferre Herm. 9, 323: „Methodisch darf nur so geschlossen werden: Die Geschichte vom Grenzstein am Isthmos kann nur entstanden sein entweder als Ionien bis dahin reichte: da ist sie nicht entstanden, da existierte König Theseus überhaupt noch ebensowenig wie ein beschriebener Grenzstein oder gar ein Iambus; oder aber als man wünschte dafs Ionien bis dahin reichte: das ist eben nur in der bezeichneten Epoche der Fall (i. e. quinto saeculo)."

274. [Simonidis (101 Bgk.).]

Παῖδες Ἀθηναίων Περσῶν στρατὸν ἐξολέσαντες
ἤρκεσαν ἀργαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

Anth. Pal. VII 257: *ἄδηλον εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους* C. Anth. Plan.: *ἀδέσποτον.* Ex florilegio Cephalanae anthologiae cognato (Hiller Philol. N. F. II 230) hausit Schol. ad Aristid. 13. 132 (p. 154 D., 58 Fr.): *ἕτεροι τοῦ αὐτοῦ* vel *ἄλλα τοῦ αὐτοῦ Σιμωνίδου· παῖδες — δουλοσύνην* et ad 13. 126 (p. 136 D, 52 Fr.): *παραδείγματος| ὅτι δεῖ βαρβάρων καταφρονεῖν· ἀκμᾶς — ῥυσάμενοι* (ep. n. 5); tum subiunguntur *παῖδες — δουλοσύναν.* Post priores duos versus particulam *καὶ* vel tale quid excidisse animadvertit Frommel neque tamen ea excidit culpa scholiastae vel poetae (Kaibel Rh. M. 28, 443 sq.), sed librariorum: cf. Hillerum l. l. p. 246; idem habes p. 155 Frommel.

v. 1. *ἐξελάσαντες* scholiastae Par. A (p. 357 Frommel), recepit Bergk quem contra disputavit Hiller p. 231. || v. 2. *πατρίδα* Anth. Pal. A[ac], corr. C | *δουλοσύναν* schol. ad 13. 132, *δουλοσύνας* (sic; ν superscr.) Anth. Pal. C, A scripserat *δουλοσύναι.*

Contra Bergkium assentior Hillero, cuius iudicio (l. l. p. 231) hi versus nunquam lapidi insculpti, sed longe post Simonidem demonstrative sunt scripti in pugnam Marathoniam. Neque enim sepulcralibus neque dedicatoriis neque tropaeorum titulis hoc distichum inseri potest.

275. Simonidis (172 Bgk.).

Μιξονόμου τε πατὴρ ἐρίφου καὶ σχέτλιος ἰχθὺς
πλησίον ἠρείσαντο καρήατα· παῖδα δὲ νυκτὸς
δεξάμενοι βλεφάροισι Διωνύσοιο ἄνακτος
βουφόνον οὐκ ἐθέλουσι τιθηνεῖσθαι θεράποντα.

Athen. 10 p. 456c: *γριφώδη δ' ἐστὶ καὶ Σιμωνίδῃ ταῦτα πεποιημένα, ὥς φησι Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου· μιξονόμου — θεράποντα· φασὶ δ' οἱ μὲν ἐπί τινος τῶν ἀρχαίων ἀναθημάτων ἐν Χαλκίδι τοῦτ' ἐπιγεγράφθαι, πεποιῆσθαι δ' ἐν αὐτῷ τράγον καὶ δελφῖνα, περὶ ὧν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον.* Sequuntur duae aliae interpretationes quarum priori assentitur Welcker allgem. Schulztg. 1830 p. 422 et Flach Geschichte d. gr. Lyrik II 462, posteriori Schneidewin Sim. rell. p. 220.

v. 1. *τε πατήρ τ'* A, corr. C ‖ v. 2. *ἠρίσαντο* A, corr. C ‖ v. 3. *διονύσοιο* A, corr. C.

Recepi aenigma quia secundum quorundam opinionem donario inscriptum fuisse tradit Chamaeleo: quod veri dissimillimum; etenim ut alia omittam, quo *βουφόνος θεράπων* spectet nescimus. Erat fortasse in fano Chalcidensi donarium cum hirco et delphine insculptis, quo pertinere grammaticus quis epigramma quoquomodo explicare volens pessime coniecit.

276.

Μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω ⟨στέγην⟩.

Philopon. in Aristot. de an. l. prim. D p. 6 l. 8 Trincavelli: *Πυθαγόρειος δὲ ὁ Πλάτων· οὗ καὶ πρὸ τῆς διατριβῆς ἐπεγέγραπτο· ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω. οὐδεὶς δ' οὐδ' ἄκρῳ δακτύλῳ γεωμετρήσας τοιοῦτό τι λέγειν ἀνέξεται.* David. schol. in Aristot. p. 26a, 10: .. *καὶ διὰ Πλάτωνα ἐπιγράψαντα πρὸ τοῦ μουσείου· ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω.* Tzetz. chil. VIII 973: *περὶ τῆς ἐπιγραφῆς τῆς ἐπὶ προθύροις τοῦ Πλάτωνος τῆς μηδεὶς εἰσίτω ἀγεωμέτρητος: Πρὸ τῶν προθύρων τῶν αὐτοῦ γράψας ὑπῆρχε Πλάτων· | μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω μου τὴν στέγην. | τουτέστιν ἄδικος μηδεὶς παρεισερχέσθω τῇδε· | ἰσότης γὰρ καὶ δίκαιόν ἐστι γεωμετρία.*

Huius versus et narrationis auctoribus recte fidem derogant Zeller Gesch. d. gr. Ph. II 1, 357 not. et Dilthey ind. lect. Gott. 1878/79 p. 6 qui dicit poetae ianuarum inscriptiones velut *μηδὲν εἰσίτω κακὸν* exemplo fuisse. Sed quo loco nisus Zeller contendat Pythagoreis attribui solere versum equidem nescio.

277.

Πινδάρου τοῦ μουςοποιοῦ τὴν ςτέγην μὴ καίετε.

Vita Pind. Vratisl. p. 44 ed. Schneider (in app. Pind. Vratisl. 1844): *Παυσανίου δὲ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἐμπιπρῶντος τὰς Θήβας ἐπέγραψέ τις τῇ οἰκίᾳ· Πινδάρου — καίετε. καὶ οὕτως μόνη ἀπόρθητος ἔμεινεν.* Eustath. vit. Pind. p. XVII ed. Christ: *λέγεται δὲ καὶ ὡς Λάκωνες ἐμπρήσαντές ποτε Θήβας κατὰ μάχην, ἧς ἦρχε Παυσανίας ὁ σφῶν βασιλεύς, ἀπέσχοντο μόνης τῆς οἰκίας τοῦ ποιητοῦ, ἰδόντες ἐπιγεγραμμένον τὸ Πινδάρου κτλ. τοῦτο δὲ φασὶ καὶ Ἀλέξανδρος μετὰ ταῦτα πεποίηκε.* Dio Chrysost. 2 p. 83 R: *διὰ τοῦτο γὰρ Ἀλέξανδρος καὶ Θήβας ὕστερον πορθῶν μόνην κατέλιπε τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου κελεύσας ἐπιγράψαι· Πινδάρου κτλ.* Respicit Eustath. Il. p. 9: *Πίνδαρος ὁ κατὰ τὸ ἐπ' αὐτῷ πρόγραμμα* (scribe *ἐπίγραμμα*) *μουσοποιός* . . . .

μουσοποίου Dionis cod. C | *τὴν* om. eiusdem BA, obelo notatur in M | *στέγην*] *μεγίστην* C, *τὰν στέγαν* Welcker Sylloge² 228.

Neque Pausaniae regis temporibus neque Alexandri Magni hic versus inscriptus, sed sine dubio postea fictus est.

278.

Βωμὸν Ἀριςτοτέλης ἐνιδρύςατο τόνδε Πλάτωνος
ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖςι κακοῖςι θέμις.

Ammon. vit. Aristot. p. 399, 44 West.: . . *ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω· βωμὸν — θέμις.* Proleg. in Porphyr. *εἰς τὰς φωνὰς Δαβίδ* (schol. in Aristot. IV p. 11): *ὡς δηλοῖ εἰς τὸν τάφον Πλάτωνος Ἀριστοτέλους ἐπίγραμμα· σηκὸν Ἀριστοτέλης — θέμις.* Id. IV p. 20: *ἀλλ' ἔσεβεν αὐτὸν ἀεὶ ὡς δηλοῖ τὸ εἰς τὸν τάφον Πλάτωνος Ἀριστοτέλους ἐπίγραμμα· βωμὸν — θέμις.* Vita Aristot. ed. Robbe p. 6: *ἐπιγράφει γὰρ* (sc. *Ἀριστοτέλης*) *εἰς αὐτὸν* (*Πλάτωνα*)*· βωμὸν — Πλάτωνι, καὶ ἀλλαχοῦ περὶ αὐτοῦ φησίν· ἀνδρὸς — θέμις.*

v. 1. *σηκὸν* Proll. in Porph. 11 | *ἱδρύσατο* Proll. et Robb. vita ‖ *Πλάτωνι* Robb. vita.

Versus elegiae Aristotelis in Eudemum (fr. 673 R³, Bergk PL II⁴ p. 336 sq.) in inscriptionem modo arae modo sepulcri mutaverunt et depravaverunt grammatici eiusdem generis, quales distichon n. 262 huius collectionis nunc epitaphium nunc oraculum in Platonem perhibuerunt.

279. Archelai sive Asclepiadis.

Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν
Λύσιππος· τίν᾽ ὅδὶ χαλκὸς ἔχει δύναμιν;
αὐδασοῦντι δ᾽ ἔοικεν ὁ χάλκεος ἐς Δία λεύσσων·
'γᾶν ὑπ᾽ ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ᾽ Ὄλυμπον ἔχε.'

Planud. f. 51r (app. 120 Iac.): *εἰς τὸν αὐτὸν Ἀρχελάου, οἱ δὲ Ἀσκληπιάδου· τόλμαν — ἔχε.* Anth. Pal. pag. Dr.: *Ἀρχελάου ἢ Ἀσκληπιάδου*: vestigia quattuor versuum exstant.[1]) Syll. cod. Laur. 57, 29 n. 93 (cf. Stadtmueller ann. philol. 139 p. 771, Sternbach app. Barb. Vat. p. XV). Syll. cod. Par. 1773.[2]) Plut. de Alex. M. fort. II 2: *Λυσίππου δὲ τὸ πρῶτον Ἀλέξανδρον πλάσαντος ἄνω βλέποντα τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν . . . ἐπέγραψέ τις οὐκ ἀπιθάνως· αὐδασοῦντι — ἔχε.* Id. I 9: *μὴ γὰρ ἃς οἱ ποιηταὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀνδριάσι μεγαληγορίας ἐνεχάραττον, οὐ τῆς μετριότητος, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως τῆς Ἀλεξάνδρου στοχαζόμενοι, σκοπῶμεν· αὐδασοῦντι — ἔχε . . .* Tzetz. chil. 8. 425 et 11. 107: *ἡ στήλη τις ἐπέγραψεν ἐπιγραμματοφόρος· | αὐδάσοντι — ἔχε.* (Cod. Vindob. 311; v. Sternbach melet. gr. I 76 sq.)

v. 2. *τίνα δὴ* Iacobs, *τοίην* Duebner ‖ v. 3. *αὐδάσοντι* Anth. Pal. (cf. not. 1) et Plan. Tzetz. | *εἰς* Plut. | *βλέπτων* Vindob. et Cyriac. (v. infra) ‖ v. 4. *ἐμὲ* Tzetz., *ἐμοῦ* Vindob.

Epigramma est omnino demonstrativum. Certe eius generis non pauca marmoribus insculpta sunt ut Callimachea quaedam et n. 189. Sed hic haud scio an Plutarchi testimonio — ut de Tzetzae levi auctoritate taceam — alterum epigrammatis distichum statuae Alexandri a Lysippo factae incisum esse diffidere liceat. Dubitationem enim inicit quod ille neque in qua de multis quas Lysippus fecit statuis neque in qua parte additum sit referat. Quo fit, ut censeam versus nihil fuisse nisi lusum poetae sive Archelai sive Asclepiadis. — Quod Kyriacus Anconitanus invenisse se in lapide tertium et quartum versum contendit (Bull. d. corr. hell. I p. 294 n. 88, Mommsen Jahrb. d. pr. Kunsts. 4, 73): eum mentitum esse evicerunt Mommsen l. l. et Kubitschek Arch.-epigr. Mitt. aus Oesterr. VIII (1884) p. 103.

---

1) '*τόλμαν . . . (ξ)άνδρον καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν*
λυσι . . . . χαλκὸς· ἔχει δύναμιν·
αὐδάσ (acutus dilucide scriptus) . . . '*χάλκεος. ἐς δία λεύσσων.*
γᾶν ὑ(π) . . . τί(θ) . . . ι ζεῦ. σὺ δ᾽ ὄλυμπον ἔχε.
Versus primus integer pag. Cr exstat.' Stadtmueller.

2) Teste Stadtmuellero consentiunt Laur. 57, 29 et Par. 1773 cum textu qualem exhibui nisi quod uterque cod. cum Anth. Pal. exhibet v. 3 *αὐδάσοντι.*

280.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοccὸν ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

Strabo 14. 2. 5 (p. 652): *ὁ Ἡλίου κολοσσὸς ὅν φησιν ὁ ποιήσας τὸ ἰαμβεῖον ὅτι ἑπτάκις — Λίνδιος.* Cedren. vol. I p. 755 Bonn.: *καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστησαν ἀνδριάντα χαλκοῦν τῷ Ἡλίῳ πηχῶν π΄ ὡς λέγει τὸ ἐν αὐτῷ ἐπίγραμμα· τὸν — Λίνδιος.* Constant. Porphyrog. de adm. imp. vol. III p. 99, 9 Bonn.: *καθὼς μαρτυρεῖ τὸ ἐπίγραμμα τὸ πρὸς τὴν βάσιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ γεγραμμένον ἔχων οὕτως· τὸν — Λίνδιος.* Planud. (app. 82 Iac.): *εἰς τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσόν· Σιμωνίδου.*

v. 1. *τὸν Ἡλίου κολοσσὸν* Strabonem legisse putat Bergk III[4] 512 | *ἑπτάκις* Strabo, *ὀκτάκις* rell. || v. 2. *Χάρης* Strabo, *Λάχης* rell. | *ἐποιήσε* Cedr. | *πηχέων* Plan.

Et Planudes aperte falsa tradit cum Simonidi iambos attribuat, et ei falluntur, qui Cedrenum Constantinumque secuti epigramma in basi colossi insculptum fuisse putant velut Lueders der Kolofs zu Rhodos, Progr. der Gelehrtensch. in Hamb. 1861 p. 11. Recte enim iam Maffeius titulum subditicium esse iudicaverat (ars crit. lapid. p. 31), cum in Rhodio colosso nunquam *τὸν ἐν Ῥόδῳ κ.* inscriptum fuisse posset; nec non si cum Bergkio *τὸν Ἡλίου κ.* legimus, demonstrativum pronomen desideratur. Neque videtur ille auctor, ex quo Cedrenus et Constantinus non minus quam Planudes hauserunt, tanta auctoritate esse, ut ei diffidere dubitemus. Etenim somniat is de Lache artifice, qui nusquam alias commemoratur, deque octoginta cubitorum magnitudine colossi cum alii scriptores (cf. Plin. 34. 41) septuaginta afferant. Immo multo locupletior testis est Strabo, qui de inscriptis illis versibus nihil compererat. Viles sunt iambi neque Bergkio assentiri possum exordium esse putanti longioris poematis, quo magnifici operis casus descriptus fuerit.

281. Agathiae.

Κλαcθείcαc πάτραc cειcμῷ ποτε Κάνταβριν ἐc γᾶν
  Χαιρήμων ἔπτα, πατρίδα ῥυcόμενοc·
Καίcαρι δ᾽ εἱλιχθεὶc περὶ γούναcι τὰν μεγάλαυχον
  ὤρθωcε Τράλλιν, τὰν τότε κεκλιμέναν.
ἀνθ᾽ ὧν, cυγγενέεc, τοῦτο βρέταc, ὄφρ᾽ ἐπὶ βωμῷ,
  οἷα δίκα κτίcταν, τάνδε φέροιτο χάριν.

Agath. 2. 17 in Hist. gr. m. II p. 208 sq.: *ταῦτα δὲ οὕτω συνενεχθῆναι δηλοῖ μέν που καὶ ἡ πάτριος τοῦ ἄστεος ἱστορία, οὐχ ἥκιστα δὲ τοὐπίγραμμα, ὅπερ ἔγωγε ἐκεῖσε ἐλθὼν ἀνελεξάμην. Ἔν τινι γὰρ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν, ὅθεν δὴ ὢν ἐτύγχανεν ὁ Χαιρήμων . . βωμὸς ἵδρυται*

ἀρχαιότατος, ἐν ᾧ δὴ πάλαι ὡς ἔοικε τοῦ Χαιρήμονος ἄγαλμα ἐφειστήκει. νῦν γὰρ οὐδὲν ὁτιοῦν ἐν αὐτῷ φαίνεται. ἐγκεχάρακται δὲ ὅμως ἔτι τὸ ἐλεγεῖον τῷ βωμῷ ὧδέ πως ἔχον· κλασθείσας — χάριν.

v. 1. *κλασθείσας*] cf. Agath. in Anth. Pal. IV 3. 90 *Σύρτις ἀνακλασθεῖσα* | *Καντάβριν* R(ehdigerianus) ‖ **v. 2.** *ῥυσσόμενος* R ‖ **v. 4.** *πότε* R, corr. Niebuhr ‖ **v. 5.** *συγγενέες τοῦτο* Lugd., *συγγενὲς τοῦτο* R, *συγγενές οἱ τοῦτο* vulg.; Lugd. lectionem veram esse ostendit Buecheler qui Rh. M. 37, 331 observavit *συγγενεῖς* in hoc epigrammate esse divos indigetas vel *κτιστάς* coll. Dio Chrys. 39, p. 155 R; *συγγενέες τοῦθ' οἱ* Vulcan., *συγγενέες τόδε οἱ* Iacobs, *σύγγνω* (= *συνέγνω*) *οἶ τοῦτο* G. Hermann Orph. 786, cf. Boeckh CIG II p. 585; *οἱ γέγονεν τοῦτο* Meineke Philol. 14, 16, *εὐγανές οἱ τοῦτο* Herwerden studia crit. in ep. p. 63. | *βρέτας* ap. eundem Agath. in Anth. Pal. IV 3. 119 ‖ **v. 6.** *οἷά γε δὴ κτίστας* vulg., genuinum exhibet R. Stadtmueller mavult *κτιστᾶν*, ut sit *οἷα δίκα κτιστᾶν* eodem modo dictum atque homerica illa: *ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων* | *τάνδε* mire pro *τοιάνδε*.

Chaeremo, cum Augusto Caesare imperante Tralles, patria eius urbs, terrae motu vastatae essent, in Hispaniam ad imperatorem festinavit ab eoque ut civitati succurreret impetravit. Quo facto ei aram et statuam dedicatam esse cum hoc epigrammate narrat Agathias. Sed vide ne falso tradat historicus se inscriptos legisse versus. Sublestam enim esse in eiusmodi rebus Agathiae fidem et ipsi videbimus in ep. n. 282 et adnotavit Teuffel Studien z. gr. u. röm. Lit.-Gesch.[1] 245, 247. Quod autem hic ei credere dubito, adducor non tam vocabulis *ὧδέ πως ἔχον*, sed quod in genuino titulo statuae patriam urbem non ita commemoratam esse putandum est ut fit in huius epigrammatis versu primo et quarto — immo exspectamus *τάνδε πόλιν* vel simile — et quod ab urbe statuam positam esse vix omissum esset in titulo genuino. Itaque hoc non minus quam ep. n. 282 Agathias suam ipse Musam iactans conscripsisse mihi videtur: et consentiunt verba nonnulla cum eius dicendi genere: cf. ad v. 1 et 5.[1])

---

282. Agathiae.

Ῥεῖθρα Κασουλίνου ποταμοῦ βεβαρημένα νεκροῖς
δέξατο Τυρσηνῆς ἠιόνος κροκάλη,
ἡνίκα Φραγγικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμή,
ὁππόσα δειλαίῳ πείθετο Βουτιλίνῳ.
ὄλβιστον τόδε ῥεῦμα καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου
αἵματι βαρβαρικῷ δηρὸν ἐρευθόμενον.

---

1) Neque Rayetio omni dubitatione carere versus videbantur. Sed reiecit eam hisce verbis: „Si cette inscription était de l'invention d'Agathias lui-même, les vers en seraient assurement mieux tournés.“ (Rayet et Thomas, Milet et le golfe Latmique I p. 103).

Agath. in Hist. gr. min. II p. 197: *ἐμοὶ δέ τις τῶν ἐπιχωρίων ἐλεγεῖόν τι ἔφη ἐς κύρβιν τινὰ λιθίνην ὑπό του γεγράφθαι ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένην, ὧδέ πως ἔχον· ῥεῖθρα — ἐρευθόμενον. τοῦτο μὲν οὖν τὸ ἐπίγραμμα, εἴτε ὡς ἀληθῶς ἐγκεχάρακται τῷ λίθῳ εἴτε καὶ ἄλλως ᾀδόμενον ἐς ἐμὲ ἵκετο, οὐδὲν οἶμαι τὸ κωλῦον ἐνθάδε ἀναγεγράφθαι.* Constantin. Porphyrog. de themat. occ. 11, vol. 3 p. 61 Bonn.: . . *ὧν ἦρχε Βουτίλινος ὁ τῶν Φράγγων στρατηγός, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Νάρσης παρὰ τὸν ποταμὸν Κασουλῖνον καὶ τελείως ἠφάνισε, καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει· ῥεῖθρα — ἐρευθόμενον.*

v. 1. *Κανσουλίνου* Agathiae cod. R, *Κασουλῖνος* = Volturnus ‖ **v. 2** *τυρσηνὶς αἰχὴ* A (cod. Par. Morelli Constantini) omissis *ἠιόνος — Αὐσονίς*. Eadem omisit C (Const.) | *κροκάλη* etiam in alio Agathiae epigr. Anth. Pal. X 14, 8. ‖ **v. 5.** *ὄλβιον ναὶ* AC (Const.), *ὄλβιον ἂν* eiusd. vulg., *ὄλβιον αὖ* Agathiae, *ὄλβι . . . τόδε* R, *ὄλβιστον* Iacobs, *ὄλβιον ἂρ* Herwerden stud. in epigr. p. 66. | *ῥεῦμα* Const. AC, *χεῦμα* eiusd. vulg. et Agath. ‖ **v. 6.** *δεινὸν* Const. AC.

Ex verbis ipsis quae Agathias facit non verisimile esse apparet inscriptionem fuisse epigramma: quod historici ipsius fetum esse ex reliquis eius carminibus facile colligere possumus collegitque Niebuhr (ad Agathiae l. l.).

III. Inscriptiones a fabularum scriptoribus fictae.

283.

Λουκιανὸς τάδε πάντα φίλος μακάρεσσι θεοῖσιν
εἶδέ τε καὶ πάλιν ἦλθεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Luc. Ver. hist. 2. 28: *προσελθὼν πρὸς Ὅμηρον τὸν ποιητὴν ἐδεήθην αὐτοῦ ποιῆσαί μοι δίστιχον ἐπίγραμμα· καὶ ἐπειδὴ ἐποίησε, στήλην βηρύλλου λίθου ἀναστήσας ἐπέγραψα πρὸς τῷ λιμένι. τὸ δ' ἐπίγραμμα ἦν τοιόνδε· Λουκιανὸς κτλ.*

v. 2. *φίλην* vulg., *ἑὴν* codd.

284.

Τοῖα παθόντ' οἶμαι καὶ Τάνταλον αἴθοπος ἰοῦ
μηδαμὰ κοιμῆσαι διψαλέην ὀδύνην·
καὶ Δαναοῖο κόρας τοῖον πίθον οὐκ ἀναπλῆσαι
αἰὲν ἐπαντλούσας ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

Lucian. de dipsad. 6: . . *ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ἐπὶ στήλης ἀνεγνωκέναι ἀνδρὸς οὕτως* (i. e. *διψάδος δήγματι*) *ἀποθανόντος· . . . κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπον μέν τινα . . . γεγράφθαι δὲ πρὸς τοὐπίγραμμα, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν· τοῖα — καμάτῳ.*

v. 2. *μηδαμᾶ* AF | *κοιμῆσαι* E, *κοιμίσαι* AF ‖ v. 3. *καὶ — πίθον*] *τὰς τὸν πίθον* AEFO | *ἀντλῆσαι* A, *ἀναπλήσαιεν* EF ‖ v. 4. *αἰὲν* om. (vel potius cum praeced. verbo confuderunt) EF | *ἐπαντλούσας* (*αι* suprascr.) F, *ἐπαντλοῦσαι* sed *ι* ex *ς* correctum E.

Tota nimirum de cippo et epigrammate narratiuncula ficta est a Luciano; cf. Bluemner arch. Studien zu Lukian p. 82 not.

285.

Ἱππόθοος κλεινῷ τεῦξεν τόδε ⟨σῆμ'⟩ Ὑπεράνθῃ,
οὐ φατὸν ἐκ θανάτοιο παθὼν ἱεροῖο πολίτου,
ἐς βάθος *ἐκ γαίης ἄνθος κλυτὸν ὅν ποτε δαίμων
ἥρπασεν ἐν πελάγει μεγάλου πνεύσαντος ἀήτου.

Xenoph. Ephes. III 13 (I p. 362 Herch.): *καὶ ἐπέγραψα εἰς*

μνήμην τοῦ δυστυχοῦς μειρακίου ἐπίγραμμα παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πλασάμενος· Ἱππόθοος κτλ.

v. 1. *τῷδ'* cod., *τόδε σῆμα* edd. ‖ v. 2. *οὐ τάφον ἐκ θανάτου ἀγαθὸν* codex; emendavit Iacobs | *ἱεροῖο* i. e. divi: cf. ep. n. 242 et Anth. VII 518, 2 ‖ v. 3. *ἐκ γαίης* cod., *Αἰγείης* Iacobs, at feminina forma uti scriptores nusquam inveni obstatque *ἐν πελάγει* v. 4; certe corrupta sunt verba: an *ἐξ ἥβης* (*ἄνθος ἥρπασε δαίμων*)? In nomine ludere poetam (*ἄνθος* — *Ὑπεράνθης*) animadvertit Welcker Rh. Mus. n. s. 1, 217: sed inde *ἐκ γαίης* explicari non potest. *ἐξαίφνης*? Stadtmueller | *ὁππότε* Iacobs.

286.

Οἱ ξεῖνοι τάδε σοι χρυσήλατα τεύχε' ἔθηκαν
Ἀνθία Ἁβροκόμης θ', ἱερῆς Ἐφέσοιο πολῖται.

Xenoph. Ephes. I 12 (p. 341, 25 H.): *οἱ δὲ* (sc. *Ἁβροκόμης καὶ Ἄνθεια*) *ἀνέθεσαν εἰς τὸ τοῦ Ἡλίου ἱερὸν πανοπλίαν χρυσῆν καὶ ἐπέγραψαν* [*ἐπίγραμμα* secl. Hercher] *εἰς ὑπόμνημα τῶν ἀναθέντων· οἱ ξεῖνοι κτλ.*

287.[1])

Ἡ πάντων ⟨πάντως⟩ κρατέειν ἐθέλουσα Τυραννίς,
ἥδ' ἐγὼ ἡ τλήμων ὀλοφύρομαι οὕνεκα κούρης,
τῇ ἔπι πόλλ' ἔπαθον ποθέουσά τε μαρναμένη τε.

Choricius in *παιδοκτόνῳ μελέτῃ* p. 215 Boisson.: (Tyrannus quidam oppidum oppugnat quod cives pulcherrimam quandam puellam quam sibi ille poposcit, se daturos esse negaverant. Puellae pater ante oppugnantium oculos filiam necat, ut decedant hostes. Accusatus pater et alia et haec loquitur:) *ἀπράκτων οὖν ἀπιόντων ἐπ' οἴκου τῶν ἐλπισάντων ἀκονιτὶ χειροῦσθαι τὴν πόλιν, παντοδαποῖς ἐθεράπευσε* (sc. *ὁ τύραννος*) *τρόποις τῆς θυγατρὸς* (sc. *μου*) *τὴν ὁσίαν . . . τοιαύτην ἐγκολάψας εἰκόνα τῷ μνήματι· γυνὴ μέν ἐστι καθημένη τὸ φιλοτέχνημα· τὸ δὲ γύναιόν ἐστιν ἡ Τυραννίς, λελυμένη τοὺς πλοκάμους καὶ κατηφὴς καὶ λέγουσα τάδε· ἡ — τε.*

v. 1. *πάντως* suppl. Boisson. p. 357 ‖ v. 2. cf. A. P. VII 145 *ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετά κτλ.* et IX 425 | *ὀλοφύρω* cod., corr. Iacobs Addit. p. 350 | v. 3. *ἐπὶ* cod., corr. Iacobs.

---

1) Addere possis Planud. metaphr. heroid. Ovid. ed. Dilthey in diss. de Callim. Cydippa p. 162:

Τοῦ μήλου μαρτύρετ' Ἀκόντιος εἰκόνι τοῦδε,
ὅσσ' ἐγράφη τούτῳ, πάντα βέβαια πέλειν.

Cf. Anth. Pal. V 191, 7.

INDICES

1. Exordia.

1) Numeri epigrammata significant.

2. Nomina eorum ad quos epigrammata spectant.[1])

1) Artificum nomina asterisco notavi.

Civitates.

3. Auctores.

4. Metrorum tabula.

5. Pauca quaedam memoratu digna.

6. Conspectus epigrammatum.

Huius syllogae	Iacobs [1]) et Welcker [2])	Cougny [3])	Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny
1	App. 361	V 30	18	App. 390	I 91
2	„ 71	II 156	(19	VII 54)	
3	W. Syll. 107	—	(20	VII 677)	
(4	VII 347)		(21	VII 249)	
(5	VII 250)		22	App. 364	II 153
6	App. 89	II 4	23	„ 94	III 19
7	—	—	24	„ 342	II 155
(8	VII 253)		(25	VII 304)	
9	W. Syll. 106	II 22	26	App. 250	II 148
10	App. 295	III 36		et VII 617	
(11	VII 60)		27	App. 102	II 732
(12	XVI 31)		28	—	—
13	App. 194	II 45	(29	VII 3)	
(14	VII 103)		30	App. 363	II 195
15	App. 133	II 318	31	„ 74	II 5
(16	VII 341)		32	„ 101	II 123
17	—	—	33	W. Syll. 116	Add. II 705[b]

1) Anthologia Graeca ed. Fr. Iacobs. 3 voll. Lips. 1813—1817. Libros Anth. Romanis numeris signavi; XVI = Anth. Plan., App. = appendix ep., vol. II p. 745 sqq.

2) W. Syll. = Sylloge epigrammatum Graecorum, coll. Welcker. Ed. alt. Bonn. 1828. W. z. Syll. = zu der Sylloge epigrammatum Graec. Bonn 1829. W. Rh. M. = Spicilegia epigr. Museo Rhenano inserta (vet. ser. 4 (1836) 421 sq., nov. ser. 1, 201—221; 3, 234—275; 6, 82—107). Cf. proll. p. VIII.

3) Anthologia Palatina cum Planudeis et Appendice nova. Par. Didot. 3 voll. 1864—1890. Vol. III appendicem continens ed. Ed. Cougny. Cf. proll. p. VIII.

Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny	Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny
34	—	—	(79	VI 6)	
35 a	—	II 601	(80	VI 7 et 8)	
(35 b	VII 747)		(81	VII 53)	
36	App. 271	II 400	82	—	I 66
(37	VII 708)		(83	VI 214)	
38	App. 212	II 21	(84	VI 197)	
39	„ 3	II 17	85	App. 168	I 37
(40	VII 508)		86	„ 242	I 40
41	App. 314	III 26	87	—	—
42	W. Syll. 105	—	88	App. 324	I 99
43	App. 34	II 134	89	„ 213	I 45
44	„ 11	II 382	(90	VI 49)	
45	—	III 100	91	App. 319	I 95
46	W. Syll. 112	—	92	„ 352	I 131
47	W. Rh. M. I 218	—	93	„ 188	I 130
48	—	—	94	„ 382	I 2
49	W. z. Syll. p. 71	—	95	W. Syll. 203	I 13
50	—	—	(96	VI 130)	
51	App. 80	II 6	97	App. 106	I 109
52	„ 6	II 154	98	W. Syll. 226	III 75
53	„ 135	I 4	(99	IX 786)	
54	„ 187	I 6	100	App. 241	I 38
55	W. Syll. 172	—	101	—	I 365
56	App. 186	I 56	102	App. 162	I 104
57	„ 142	I 16	103	„ 293	I 39
58	„ 370	I 41	104	W. Syll. 182	I 5
59	„ 255	I 53	105	App. 75	III 9
60	„ 243	I 12	106	„ 254	I 9
61	„ 374	I 52	107	„ 76	III 8
62	„ 226	I 60	108	—	I 54
63	„ 294	III 3	(109	VI 341)	
64	„ 231	I 19	110	W. Syll. 174	—
65	W. Rh. M. I 218	IV 23	111	—	—
66	—	—	112	App. 25	I 119
(67	VI 215)		113	„ 45	I 114
68	App. 73	III 7	114	„ 67	I 116
69	„ 123	I 1	115	„ 330	I 84
70	„ 302	I 31	116	„ 91	I 153
71	„ 245	I 51	117	W. Rh. M. 4 (1836) p. 422 sq.	—
(72	VI 343)				
73	App. 124	I 29	118	—	—
74	„ 146	I 150	119	—	—
75	—	—	120	W. Syll. 182*	I 92
76	App. 202	I 110	121	App. 366	VII 4
77	W. Syll. 227	II 18	122	„ 182	I 124
(78	VI 50)		123	„ 389	I 50

Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny	Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny
124	App. 85	I 23	(170	VII 125)	
125	„ 227	I 10	171	W. Rh. M. I 219	—
126	„ 325	I 44	172	App. 157	III 119
127	„ 267	I 47	(173	XVI 79)	
128	—	—	174	App. 183	I 22
129	App. 86	III 13	175	„ 370	I 41 β
130	„ 249	I 102	176	„ 325	I 42
131	W. Syll. 178	III 30	177	W. Syll. 171	—
132	App. 371	III 31	178	App. 274	I 35
133	W. Syll. 180	—	(179	IX 700)	
134	„ „ 223	—	180	App. 334	I 98
135	—	—	181	„ 59	III 20
136	App. 79	III 11	182	„ 61	III 22
137	„ 301	I 257	183	„ 60	III 21
138	„ 258	—	184	„ 211	III 29
(139	VI 7)		185	„ 141	III 23
140	App. 308	I 69	186	W. Syll. 214	III 4
141	„ 116	I 151	187	App. 105	I 3
142	„ 297	III 28	188	W. z. Syll. p. 71	I 235
143	„ 372	I 20	(189	XVI 204)	
144	W. Syll. 176	—	(190	VII 169)	
145	W. Rh. M. I 217	—	191	—	—
146	App. 173	I 70. 71	192	—	—
147	„ 108	I 57	193	W. Syll. 224	—
148	„ 358	III 97	194	App. 92	IV 74
149	„ 214	III 61	(195	IX 577)	
150	„ 138	I 120	196	W. Rh. M. I 220	—
151	„ 272	I 24	197	W. Syll. 117	IV 21
152	„ 78	III 10	198	„ „ 175	—
153	App. 165. 205. 191	III 38—40	199	App. 167	III 25
154	App. 362	III 32	(200	VII 248)	
155	„ 192	I 59	201	—	—
156	„ 347	I 85	202	App. 220	I 26
157	„ 216	I 86	203	„ 169	III 24
158	„ 17	III 43	204	—	—
159	„ 159	III 58	205	App. 114	III 108
160	W. Syll. 181	I 129	206	W. z. Syll. p. 71	I 11
161	App. 203	III 37	207	App. 99	IV 18
(162	XVI 28)		208	—	—
163	App. 8	III 48	209	—	—
164	„ 386	I 58	210	—	I 358
(165	XVI 66)		(211	IX 657)	
(166	XVI 334)		212	—	VI 309
(167	XVI 292)		213	W. Rh. M. I 219	—
168	App. 285	III 98	(214	IX 684)	
169	„ 156	III 102	215	App. 100	IV 20

Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny	Huius syllogae	Iacobs et Welcker	Cougny
216	App. 193	III 94	(252	VII 94)	
217	„ 373	III 101	(253	VII 348)	
(218	IX 641)		254	—	—
219	W. Syll. 231	III 105	(255	VII 516)	
220	—	III 72	(256	VII 77)	
221	—	—	257	W. Syll. 109	—
222	W. Rh. M. 4 (1836) p. 421	III 110	258	W. Rh. M. 6 p. 104	—
			(259	VII 45)	
223	W. Syll. 233	—	260	App. 359	V 9
(224	XI 270)		261	„ 44	II 30
(225	XI 271)		262	W. Syll. 111	III 34
(226	VII 746)		(263	VII 62)	
227	W. Syll. 213	—	(264	VII 313)	
228	„ „ „	—	(265	VII 316)	
229	—	Add. II 53[b]	266	App. 263	II 215
230	App. 129	V 46	(267	VII 259)	
231	—	II 247	(268	VII 256)	
(232	XVI 27	II 130)	(269	VII 296)	
(233	VII 153)		270	W. Rh. M. I 216	—
234	W. z. Syll. p. 70	—	271	App. 266	II 52
(235	VII 99)		272	—	III 45
236	W. Syll. 113	II 135	273	W. Syll. 215	—
(237	IX 402)		(274	VII 257)	
(238	VII 615)		275	App. 81	VII 20
(239	VII 616)		276	—	—
240	—	—	277	W. Syll. 228	—
(241	VII 83)		278	App. 139	III 47
(242	VII 86)		(279	XVI 120)	
(243	IX 596)		(280	XVI 82)	
244	W. z. Syll. p. 69	II 3	281	App. 222	III 107
(245	VII 90)		282	„ 312	III 178
(246	VII 618)		283	—	—
(247	VII 619)		284	App. 350	III 121
248	—	—	285	W. Rh. M. I 217	Add. II 371[b]
249	App. 62	II 10	286	—	„ I 224[c]
(250	VII 84)		287	—	—
(251	VII 93)				

Addenda et corrigenda.

p. 6, n. 6, 2: fort. *νῦν δ' αὖτ'* Stadtmueller.

„ 11, lin. 5 *lege* Simiae.

„ 11, n. 13, 3 ⟨*θυμέλης*⟩? Stadtmueller.

„ 20, lin. 7 *οὐδὲ Μαγνήτων* ⟨*οὐδένα*⟩ Stadtmueller.

„ 23, n. 28, 2 *εἰπὸν* pro *οὗτος* Stadtmueller.

„ 23, „ 28, 10 *καὶ τάττε* Stadtmueller.

„ 24, „ 28. B. Hase dubitavit num versus essent genuina inscriptio; v. eius adnot. ad Leon. Diacon. p. 89, 1: „(Cedrenus) omisit senariolos Ioannis Melitenensis sive quod paulo longiores ei viderentur, sive quod ludus potius ingenii quam vera arcae inscriptio. Certe Ioannes Mel., si is est de quo Lequien I 445, vixit circa a. 1027 plus L annis post Nicephorum in arcam conditum."

„ 27, n. 33. „Theodorus idem ad quem Agathias scripsit Cyclum suum (A. P. IV 3, 101)?" Stadtmueller.

„ 37, n. 43, 5 *τοῦτο γὰρ εὗρεν* Stadtmueller.

„ 39 *scribe:* **46.** — II p. C. saec. Admeti.

„ 40, n. 48. *Subiunge apparatum crit.:* Versus exstat in Aldina, cuius codicem Meineke et W. Meyer littera *Γ* notant. — *εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν* cod., sed Euripides Androm. 931 scripsit: *κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν*: cuius hunc versum parodiam esse Meineke adnotavit.

„ 41, n. 50 adn 1. Stadtmueller putat Hermiam numerum syllabarum computasse neglecta eorum quantitate: superfluum igitur esse art. *τὸν* supplementum.

„ 45, n. 55. Distichum fuisse titulum censet Stadtmueller: . . . *Φόρμις μ' ἀνέθηκεν* ⟨*ὁ πρὶν μὲν*⟩ | *Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.*

„ 46, n. 57, 2 *ἔληϝος δάμῳ* I. Menrad.

„ 53, „ 66 l. 1 *lege* recentior.

„ 62, „ 74. Cf. nunc Ruehl Rh. Mus. 46 p. 448.

„ 70, „ 81 *in Hesiodi versu 657 lege: ὠτώεντα.*

„ 71, „ 83 in app. crit. v. 1 *lege:* cf. n. 170 *pro* n. 148.

„ 71, „ 83 „ „ „ v. 5 *lege:* Polak Mnemos. nov. ser. 6, 420.

„ 73, adn. 2 *lege:* quae de lucri Simonidis etc.

„ 83, n. 98 v. 5 *Εὐμήλου δ' ἔτυμ' κτλ.* Stadtmueller.

„ 84, „ 101 v. 1 Si codd. lectio *σὺ* retinetur, post *δεσπότης* semicolon ponendum est.

„ 88, n. 106 lin. 2 ab imo *lege* inventione.

„ 91, „ 111 v. 1. Nunc codicum lectionem *ἐπέραιστον οἶκον* retinere et *πανείκελα* adverbium iudicare malim: simile enim adverbium exstat in inscript. Thessalon. (Berl. philol. Wochenschr. 1891 n. 25 col. 771): *Τόν με καταφθίμενον παναώρια τῇδε Κόυαρτος* | *θάψεν κτλ.*

p. 100, n. 123 app. crit. v. 2. Stadtmueller suam coniecturam *Φειδόλα ἢ παίδων* hunc in modum defendit: „Phidolae sive filiorum domum dicit, quoniam quot victoriae in Phidolae familia per unum Lycum reportatae sint interest, non interest paterne an filii fuerint victores. Ceterum non obloquor, si quis praeferat *Φειδόλα οἵ θ' υἱῶν* Phidolae eiusque filiorum ex crebro illo dativi usu, quem habes ex. gr. Pind. ol. 9, 15, Od. δ 771."

„ 111, n. 139 *scribe:* Vide n. 80 *pro* 79.

„ 112, n. 141 v. 1. „Si quid mutandum, *ἐμμελέως* scribendum esse censeo, cf. Plat. Apol. 4 *ἐμμελῶς διδάσκει* et Simonid. fr. 5, 8 Bgk." Stadtmueller.

„ 112, n. 141 v. 4. fort. *ἀπένειμα* Stadtmueller.

„ 117, „ 145. Aptiorem locum habuit hic titulus inter deorum donaria.

„ 128, „ 161 app. crit. v. 3 *lege: Θήβης* Sylb. (*i. e. Sylburg*).

„ 133, „ 171. Optime me monet R. Schoell fragmenta versuum quae in commentario ex Welckero transcripsi, ad sepulcralem Dionysii titulum pertinere, id quod ex universa forma rogandi et respondendi (*ὦ ξένε, ὦ ὁδῖτα*) eluceret. Quodsi Welcker recte versum *Δωρίδος ἐκ μητρὸς κτλ.* ad idem rettulit epigramma, debui titulum inter sepulcrales ponere post n. 38. Sed res in medio relinquenda est.

„ 138, n. 180, 2 *ἔθηκε χάριν* C. Sittl.

„ 148, „ 189, 1 *scribe* *Ἔρωτα.*

„ 150, „ 190, 4 *Κεκροπίς εἰμι γένος* Stadtmueller.

„ 155, „ 195 *in testimoniis dele verba* (aut. app.) *post* Anth. Plan.

„ 155, „ 195 app. crit. v. 1 *adde: θνατὸς* ex *θνητὸς* corr. Plan.

„ 166, „ 210, 6 *οὐ κρατερὴ* aut *οὐ στερέη* Stadtmueller.

„ 166, „ 210, 9 *φυλάξαι?* Stadtmueller.

„ 171, „ 217, 4 *ἄχρι μόνον λίχνον χείλεος* Stadtmueller coll. Anth. Pal. V 14 *καὶ ἢν ἄχρι χείλεος ἔλθῃ.*

„ 173, n. 220 in Polybii textu: *τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς Σάμου φαινομένης?* Stadtmueller. Idem adnotat Samum in Meleagri prooemio 14 Samium vocari.

„ 173, n. 221. Stadtmueller confert Trag. Gr. fr. N.² 508:

παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

„ 174, „ 222 *Κεφρῆνος* et *Μυκερίνου* non Welcker (qui *Κεφρηνὸς* et *Μυκερήνου*), sed Cobet proposuit.

„ 181, n. 228 *τοῦ πρὶν μεδέοντος* Stadtmueller.

„ 182, „ 230, 2 *ἀπ' εὐλιπέος πύκα πεύκης* Stadtmueller.

„ 183, „ 232, 4 *καὶ ἀμύστισα* coll. Eur. Cycl. 565 Stadtmueller.

„ 185, „ 232, 2 *in app. crit.: σοι* exhibet etiam Plan.

„ 188, „ 233. *Testimoniis adde:* Laurent. 57, 29 f. 146: *Ὁμήρου* (Stadtmueller Berl. phil. Wochenschr. 1890 col. 306, Sternbach App. Barb.-Vat. p. XV).

„ 192, n. 235, 1 *γυναιξὶ* Plan.; ibidem v. 3 *δρέψαντι* coni. Stadtmueller coll. Pind. Nem. 2, 9, Ol. 1, 13.

„ 195, n. 237. *Testimoniis adde:* Cod. Par. 1773 f. 246ʳ et iterum f. 63ʳ, altero loco cum lemmate *εἰς Πομπήιον*, ubi verbo *ἔπλετο* addita interpretatio *ὑπῆρχε.* (Teste Stadtmuellero.)

„ 197, n. 242, 2 in fine versus *νοερόν?* an *ἱερά* (cf. 244) Stadtm.

„ 198, „ 244, 1 *Οἰκτίστοις* Stadtm. coll. Apoll. Rhod. 2, 784 *ὅντινα λαὸς οἰκτίστοις ἐλέγοισιν ὀδύρεται.*

„ 199, n. 249, 2 *μέτρα λέγων* coll. Od. δ 389 Stadtmueller.

p. 201, n. 250, 2 *post* τοῦδε Plan. *adde:* τοῦτο Plan. ante rasuram; fortasse ξεῖνε Stadtmueller.

„ 201, n. 251, 1 ἦν δ' ἀποπνεύσω Stadtmueller.

„ 203, „ 256, 2 ζῶντι πέπομφε? Stadtm. *Idem ad* Anth. Plan. *adnotat:* In cod. Marc. exaratum est epigramma fol. 31^{v} alio atramento in marg. inferiore inter prius et alterum distichum epigrammatis A. P. VII 359, sed iustus versuum ordo indicatur signo ·//· versui alteri et tertio ep. VII 359 apposito.

„ 205, n. 258, 2 σχήματι σεμνότατον (poesis genere quod amplexus est sublimem) Stadtm. coll. Xen. apol. 27 et Luc. dial. mort. 10, 8.

„ 207, n. 259, 2 *scribe:* ἦ γὰρ Plan. post ras., ἦ γὰρ Plan. ante ras.

„ 209, „ 263, 1 fort. ἐκ τίνος, εἰπέ, nisi praeferes ἦ 'κ τίνος „qua de causa" (= τίπτε), cf. Xen. Anab. 5, 8, 3, Eur. Hel. 93. Stadtmueller.

„ 211, n. 265, 1 *adde* μήτ' ἐμὲ Plan.

„ 216 lin. 18 ab imo *dele interpunctionem post* legisse.



Duke University Libraries
D00920301F